AEMILII PROBI VIRI CLARISSIMI DE VITA EXCELLENTIVM LIBER INCIPIT FELICITER.

NON DVBITO FORE PLeroſque Attice q hoc genus ſcripturæ leue :& nõ ſatis dignum ſummorum uirorũ perſonis iudicent:cum relatũ legent quis muſicam docuerit Epaminũdã: aut in eius uirtutibus commemorati ſaltaſſe eũm commode ſcienterque tibiis cantaſſe.Sed hi erunt fere qui expertes litterarum græcarum nihil rectum niſi quod ipſorum moribus cõueniat putabũt. Hi ſi didicerint non eadem omnibus eſſe honeſta atq; turpia:ſed omnia maiorum inſtitutis iudicari:non admirabuntur nos in graiorum uirtutibus exponendis mores eorum ſecutos . Neq; enim Cimoni fuit turpe athenienſium ſummo uiro ſororem germanam habere in matrimonio:quippe cum ciues eius eodem uterent inſtituto . At id quidem noſtris moribus nefas habet. Laudi in græcia ducitur adoleſcentulis q̃plurimos habere amatores . Nulla lacedæmoni tã eſt nobilis uidua quæ nõ ad ſcænã eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fuit græcia uictorẽ olympiæ citari. In ſcænã uero prodire & populo eſſe ſpectaculo nemini in eiſdẽ gentibus fuit turpitudini : quæ omnia apud nos partĩ infamia:partim humilia atq; ab honeſtate remota ponuntur . Contra ea pleraq; noſtris moribus ſũt decora: quæ apud illos turpia putantur. Quem enĩ romanorũ pudet uxorem ducere in conuiuiũ? Aut cuius non materfamilias primum locum tenet ædium atque in celebritate uerſat? Quod multo fit aliter in græcia:nã neq; in conuiuium adhibetur niſi propinquorũ : neq; ſed&

nisi interiore parte ædium :quæ gynæconitis appellat: quo nemo accedit nisi ꝓpīqua cognatione cōiunctus. Sed plura persequi cum magnitudo uoluminis prohib& : tum festinatio: ut ea explicem quæ exorsus sum. Quare ad propositum ueniemus :& in hoc exponemus libro de uita excellentium imperatorum.

MILTIADIS VITA.

MILTIADES Cimonis filius athenienſis cum & antiquitate generis & gloria maiorum & ſua modeſtia unus omnium maxime floreꝛ&:eaq; eſſ& ætate ut non iam ſolum de eo bene ſperare : ſed etiā conſidere ciues poſſent ſui: talem futurum qualem cognitum iudicarunt: Accidit ut athenienſes cherſōneſū colonos uellēt mittere: cuius generis cū magnus nuērus eſſ&:& multi eius demigrationis peterēt ſocietatem ex his delecti delphos deliberatum miſſi ſunt: q cōſulerēt Apollinem quo potiſſimum duce uterentur . Nam tū thraces eas regiones tenebant : cum quibus armis erat dimicandum . His conſulentibus nominatim Pythia præcepit ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent: id ſi feciſſent incepta proſpera futura. Hoc oraculi reſpōſo Miltiades cum delecta manu claſſe Cherſōneſum profectus cum acceſſiſſ& lemnum & īcolas eius inſulæ ſub poteſtatem redigere uell& athenienſium: idq; lēnii ſua ſponte facerēt poſtulaſſ&: illi irridentes reſpōderūt tum id ſe facturos cum ille domo nauibus proficiſcens uento aquilone ueniſſ& lemnum . Hic enim uentus a ſeptentrionibus oriens aduerſum tenet athenis proficiſcentibus. Miltiades morandi tēpus non habens curſū

direxit quo tẽdebat:peruenitq; cherſõneſum . Ibi breui tempore barbarorum copiis diſiectis tota regione quã petierat potitus loca caſtellis idonea cõmuniuit:multi/tudinem quã ſecũ duxerat in agris collocauit:crebriſq; excurſionibus locupletauit.Neq; minus ea re prudẽtia q̃ felicitate adiutus eſt.Nam cum uirtute militum de/uiciſſ& hoſtium exercitus:ſũma æquitate res cõſtituit: atq; ipſe ibidem manere decreuit . Erat enim inter eos dignitate regia q̃uis carebat nomĩe. Neq; id magis im/perio q̃ iuſtitia conſecutus.Neq; eo ſecius atheniẽſibus qbus cum erat profectus officia præſtabat . qbus rebus fiebat ut nõ minus eorum uoluntate ꝑpetuo imꝑium obtiner& qui miſerãt:q̃ illoꝝ cum quibus erat ꝑfectus. Cherſonneſo tali modo conſtituta lemnum reuertit̃:& ex pacto poſtulat ut ſibi urbem tradant. Illi enĩ dixerãt cum uento borea domo profectus eo perueniſſ&: ſeſe dedituros:Se autem domum cherſõneſi habere.chares qui tum lemnum incolebant: &ſi præter opinionẽ res ceciderat:tamen non dicto ſed ſecunda fortuna aduer/ſariorum capti:reſiſtere auſi non ſunt:atque ex inſula demigrarũt.pari felicitate cæteras inſulas quæ cyclades nominantur ſub athenienſium redegit poteſtatẽ.Eiſdẽ temporibus perſaꝝ rex Darius ex aſia ĩ europã exercitu traiecto ſcythis bellũ ĩferre decreuit.Põtẽ fecit in hiſtro flumine qua copias traduceꝝ& . Eius pontis dum ipſe abeſſ& cuſtodes reliquit principes quos ſecum ex ionia & æolide duxerat:quibus ſingulis ipſarũ urbiũ ꝑpetua dederat imperia . Sic enim putauit facillime ſe græca lingua loquentes qui aſiã incolerẽt ſub ſua retẽtuꝝ po/teſtate ſi amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſ&:quibus ſe oppreſſo nulla ſpes ſalutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades : cui illa cuſtodia crederet̃.Hic

cum crebri afferrent nuncii male rem gerere Darium: premiq; ab ſcythis: Miltiades hortatus é põtis cuſtodes ne fortuna datam occaſionem liberandæ græciæ dimitterét. nam ſi cum his copiis quas ſecum trãſportauerat interiſſ& Darius non ſolum europam fore tutam: ſed etiam eos qui aſiam incolerent græci genere liberos a perſarum futuros dominatione & periculo. Id & facile effici poſſe. Ponte enim reſciſſo regem uel hoſtiũ ferro uel inopia paucis diebus interiturum. Ad hoc conſiliũ cũ pleriq; accederent Hiſtiæus mileſius ne res cõficeret obſtitit dicens non idem ipſis qui ſummas imperii tenerent expedire & multitudini q; Darii regno ipſorum niteret dominatio. Quo extincto ipſos poteſtate expulſos ciuibus ſuis pœnas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere a cæterorum conſilio: ut nihil put& ipſis utilius q̃ confirmari regnum perſar&. Huius cum ſententiã plurimi eſſent ſecuti Miltiades nõ dubitans tam multis cõſciis ad regis aures conſilia ſua peruenta cherſõneſũ reliqt: ac rurſus athenas demigrauit: cuius rõ &ſi non ualuit: tamen magnopere eſt laudanda: cum amicior omnium libertati q̃ ſuæ fuerit dominationi. Darius autem cum ex europa in aſiam rediſſ& hortãtibus amicis ut græciã rediger& i ſuam poteſtatem claſſem quingẽtar& nauiũ comparauit: eiq; Datin præfecit & Artaphernem. hisq; ducenta peditum milia decem equitum dedit: cauſam interſerens ſe hoſtem eſſe athenienſibus q; eor& auxilio iones ſardis expugnaſſẽt: ſuaq; præſidia interfeciſſent. Illi præfecti regii claſſe ad euboeam appulſa celeriter Erythream ceperũt: omnesq; eius gentis ciues abreptos in aſiam ad regem miſerunt. Inde ad atticã acceſſerũt: ac ſuas copias in campum marathona deduxerunt. Is eſt ab oppido circiter milia paſſus decẽ. Hoc tumultu

athenienſes tam propinquo tamq; magno permoti auxiliū nuſq; niſi a lacedæmoniis petiuerunt: Philippūq; curſorem eius generis q hemerodromi uocant lacedæmonē miſerunt ut nūciar& q celeri opus eſſ& auxilio. Domi autē creati decem prætores q exercitui præeſſēt. in eis Miltiades: inter quos magna fuit contentio utrū mœnibus defenderent: an obuiā irent hoſtibus: an æq; cōtenderent. Vnus Miltiades maxīe nitebat: ut primo quoq; tempore caſtra fierent. Id ſi factū eſſ& & ciuibus animum acceſſurum cum uiderēt de eorum uirtute nō deſperari & hoſtes eadem re fore tardiores ſi animaduerterent audere aduerſus ſe tam exiguis copiis dimicari. Hoc in tempore nulla ciuitas atheniēſibus auxilio fuit præter platæenſes: ea mille miſit militū. Itaq; hoꝝ aduentu decem milia armatorum completa ſunt: quæ manus mirabili flagrabat pugnādi cupiditate: quo factū é ut plus q̄ collegæ Miltiades ualuerit. Eius enī auctoritate impulſi athenienſes copias ex urbe eduxerūt: locoque idoneo caſtra fecerunt. deinde poſtero die ſub montis radicibus acie e regione inſtructa noua arte ui ſumma prœlium commiſerunt. Nanq; arbores multis locis erant raræ hoc cōſilio: ut & montium tegerēt altitudīe: & arborum tractu equitatus hoſtium impediret: ne multitudine clauderēt. Datis &ſi non locum æquū uidebat ſuis tamē fretus numero copiaꝝ ſuaꝝ cōfligere cupiebat. Eoq; magis quod prius q̄ Lacedæmonii ſubſidio uenirent dimicare utile arbitrabatur. Itaq; in acie peditum centum: equitum decē milia ꝓduxit: prœliūq; commiſit. In quo tanto plus uirtute ualuerūt atheniēſes ut decemplicē numerum hoſtium profligarent: adeoq; ꝓteruerunt: ut perſæ non caſtra: ſed naues peterēt. Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius. Nulla enim unq̄ tam

exigua manus tãtas opes proſtrauit. Cuius uictoriæ nõ alienum uidetur quale premium Miltiadi ſit tributũ docere: quo facilius ĩtelligi poſſit eãdẽ omniũ ciuitatũ eſſe naturam: ut populi noſtri honores quondã fuerũt rari et tenues : ob eamque cauſã glorioſi : nunc autem effuſi atque aboleti: ſic olim apud athenienſes fuiſſe reperimus . Nanque huic Miltiadi qui athenas totamq; græciã liberauit: talis honos tributus eſt in porticu quæ poecile uocatur cum pugna depingeret marathonia: ut in decẽ prætorum numero prima eius imago poneret: Iſque hortaret milites prœliumque cõmitteret. Idẽ ille populus poſtea q̃ maius impiũ eſt nactus & largitione magiſtratuum corruptus eſt: trecẽtas ſtatuas Demetrio phalereo decreuit. Poſt hoc prœlium claſſẽ ſeptuaginta nauiũ athenienſes eidẽ Miltiadi dederẽt: ut inſulas quæ barbaros adiuuerant bello ꝓſequeretur . Quo imperio pleraſq; ad officium redire coegit : non nullas ui expugnauit. Ex his Parum inſulam opibus elatam cũ oõne reconciliare non poſſ& : copias e nauibus eduxit: urbem opibus clauſit: omniq; cõmeatu priuauit . Dein uineis ac teſtudinibus conſtitutis propius muros acceſſit: cum iam in eo eſſ& ut oppido potiretur procul in continẽti lucus qui ex inſula conſpiciebat : neſcio quo caſu nocturno tẽpore incenſus eſt: cuius flãma ut ab oppidaĩs & oppugnatoribus eſt uiſa utriſq; uenit in opinionem ſignum a claſſiariis regiis datum . Quo factum eſt ut parii à deditione detererẽt. & Miltiades timẽs ne claſſis regia aduentar& incenſis operibus quæ ſtatuerat: cum totidem nauibus atq; erat ꝓfectus athenas magna cũ offenſione ciuium ſuorum redir&. Accuſatus ergo proditionis q̃ cum Paꝝ expugnare poſſ& a rege corruptus ĩfectis rebus a pugna diſceſſiſſ&. Eo tempore æger erat

uulneribus quæ in oppuguando oppido ceperat. Itaq; quoniam ipſe pro ſe dicere non poſſ& uerba fecit frater eius Dagoras. Cauſa cognita capitis abſolutus pecunia multatus eſt. Eaq; lis quinquaginta talentis æſtimata eſt quātus ī claſſem ſumptus factus erat. Hāc pecuniā quod ſoluere non poterat in uincla publica coniectus eſt. Ibiq; diem obiit ſupremum . hic &ſi crimine pario eſt accuſatus: tamen alia fuit cauſa damnationis. Nāq; athenienſes propter Piſiſtrati tyrannidem quæ paucis annis ante fuerat omnium ſuorum ciuium potentiam extimeſcebāt. Miltiades multū in impiis magr̄atibusq; uerſatus non uidebat̄ poſſe eſſe priuatus: præſertim cū conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi uideretur. Nam cherſōneſo omnes illos quos habitarat annos ꝑ petuam optinuerat dominationem tyrannusq; fuerat appellatus ſed iuſtus . Nō erat enim ui conſecutus: ſed ſuorum uolūtate: eamq; poteſtatem bonitate retīebat. Omnes autem & habent̄ & dicunt̄ tyranni q̄ poteſtate ſunt perpetua in ea ciuitate: quæ libertate uſa eſt . Sed in Miltiade erat cum ſumma humanitas: tum mira co/ mitas: ut nemo tam humilis eſſ&: cui non ad eum adi/ tus pater&. magna auctoritas apud oēs ciuitates nobile nomen. laus rei militares maxima. Hæc populus reſpi/ ciens maluit eū īnoxiū plecti q̄ ſe diutius eſſe ī timore.

THEMISTOCLIS VITA.

THEMISTOCLES Neocli filius athe/ nienſis. Huius uitia ineūtis adoleſcētiæ magnis ſunt emendata uirtutibus. adeo ut anteferat̄ huic nemo: pauci pares pu/ tent̄. Sed ab initio eſt ordiendum. Pater

eius Neocles generoſus fuit. Is uxorẽ Acarnanã ciuẽ du/
xit: ex qua natus eſt Themiſtocles. qui cum minus eſſ& probatus parentibus ꝙ & liberius iuſto uiuebat: & rem familiarem negligebat: a patre exhæredatus eſt: quæ cõ/tumelia nõ fregit eum: ſed erexit. Nam cum iudicaſſ& ſine ſumma induſtria non poſſe eam extingui : totum ſe dedidit reipublicæ diligẽtius amicis famæq; ſeruiẽs. multũ ĩ iudiciis priuatis uerſabat᷑. ſæpe ĩ cõcionẽ popu/li ꝓdibat. Nulla res maior ſĩe eo gerebat᷑: celeriterq; quæ opus erant repiebat. Neq; minus in rebus gerẽdis ꝓm/ptus q̃ excogitandis erat. Quod & de inſtantibus ut ait Thucydides ueriſſĩe iudicabat : & de futis callidiſſime cõiiciebat. Quo factũ é ut breui tp̃re illuſtraret᷑. Primus autem gradus fuit capeſſẽdæ reipublicæ bello corcyræo: ad quod gerendum prætor a populo factus: non ſolum præſenti bello : ſed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit ciuitatem. Nam cum pecunia publica quæ ex metallis redibat largitione magiſtratuum quot annis ĩterir&: Ille perſuaſit populo ut ea pecunia claſſis cẽtũ nauium ædificaret᷑. Qua celeriter effecta primum cor/cyræos fregit. Deinde maritimos prædones confectãdo mare tutum reddidit. In quo cũ diuitiis ornauit: tũ etiã peritiſſimos belli naualis fecit athenienſes . Id quantæ ſaluti fuerit uniuerſæ græciæ bello cognitum eſt ꝓfico. Nam cum Xerxes & mari & terra bellũ uniuerſæ ferr& europæ cũ tãtis eã copiis ĩuaſit: quantas neq; ante neq; poſtea habuit quiſq̃ . Huius enim claſſis mille & ducẽ/tarum nauium lõgax fuit : quam duo milia onerariax ſequebant᷑. Terreſtres autem exercitus ſeptingentorũ milium peditum: equitum quadringentorum milium fuerunt. Cuius de aduentu cum fama in græciam eſſ& perlata : & maxime athenienſes peti dicerent᷑ propter

pugnam marathoniam miſerunt delphos conſultum quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit: ut mœnibus ligneis ſe munirent. Id reſpoſū quo ualer& cū intelliger& nemo: Themiſtocles ꝑſuaſit conſilium eſſe Apollinis: ut in naues ſe ſuaq; cōferrēt: eum enim ſignificari murum ligneum. Tali conſilio ꝑbato addunt ad ſupiores totidē naues triremes: ſuaq; omnia quæ moueri poterant partim ſalaminam: partī troezenem aſportant: arcem ſacerdotibus paucisq; maioribus natu ac ſacra procuranda tradunt: reliquum oppidum relinquunt. Huius conſilium pleriſq; ciuitatibus diſplicebat: & in terra dimicari magis placebat. Itaq; miſſi ſunt delecti cum Leonida lacedæmoniorū rege: q Thermopylas occuparēt: lōgiusq; barbaros ꝑgredi nō paterent. Hi uim hoſtium non ſuſtinuerunt: eoq; loco omnes interierunt. At claſſis cōmunis græciæ trecentarum nauium in qua ducentæ erant atheniēſium. Primum apud arthemiſium inter euboeam cōtinētēq; terram cum claſſiariis regis conflixit. Anguſtias enim Themiſtocles quærebat: ne multitudine circumiret. hic &ſi pari prœlio diſceſſerant: tamen eodem loco nō ſūt auſi manere: q ꝑ erat periculum ne ſi pars nauiū aduerſarioꝝ euboeam ſuperaſſent: ācipiti premerent ꝑiculo. Quo factum eſt ut ab arthemiſio diſcederēt: & aduerſū athenas apud ſalaminam claſſem ſuam conſtituerent. At Xerſes Thermopylis expugnatis protinus acceſſit aſtum: idque nullis defēdētibus īterfectis ſacerdotibus quos in arce inuenerat incēdio deleuit: cuius fama ꝑteriti claſſiarii cum manere nō auderēt: & plurimi hortarent ut domos ſuas diſcederēt: mœnibusq; ſe defēderēt: Thēiſtocles unus reſtitit: & uniuerſos eſſe pares aiebat: diſꝑſos teſtabat ꝑſos. Idq; Eurybradi regi lacedæmo-

niorũ qui tum ſumme imperii præerat fore affirmabat. Qué cum minus q̃ uell& mouer& noctu de ſeruis ſuis quem habuit fideliſſimũ ad regem miſit:ut ei nũciar& ſuis uerbis aduerſarios eius ĩ fuga eſſe.Qui ſi diſceſſiſſent maiore cum labore & longinquiore tempore bellũ confecturum cum ſingulos conſectari cogeret: quos ſi ſtatim aggrederet breui uniuerſos oppreſſurꝰ. Hoc eo ualebat ut ingrati ad depugnandum omnes cogerent. Hac re audita barbarus nihil doli ſubeſſe credens poſtridie alieniſſimo ſibi loco contra oportuniſſimo hoſtibus adeo anguſto mari conflixit :ut eius multitudo nauium explicari non potuerit. Victus ergo eſt magis conſilio Themiſtoclis q̃ armis græciæ. Hic &ſi male ré geſſerat:tamen tantas habebat reliquias copiarꝰ:ut etiã cum his opprimere poſſ& hoſtes. Interĩ ab eodé gradu depulſus eſt.Nam Themiſtocles uerens ne bellare pſeuerar& certiorem eum fecit id agi ut pons quem ille in helleſponto fecerat diſſolueret: ac reditu in Aſiam excluderet. Idqꝫ ei perſuaſit:Itaqꝫ qua ſex menſibus iter fecerat:eadem minus diebus triginta in aſiam reuerſus eſt.Seqꝫ a Themiſtocle nõ ſuperatum ſed conſeruatum iudicauit. Sic unius uiri prudentia græcia liberata eſt: europæqꝫ ſuccubuit aſia.Hæc altera uictoria quæ cum marathonio poſſit comparari trophæo. Nam pari mõ apud ſalaminam paruo numero nauium maxima poſt hominum memoriam claſſis eſt deuicta. Magnus hoc bello Themiſtocles fuit:nec minor in pace. Cum enim phalereo portu neqꝫ magno neqꝫ bono athenienſes uterent.huius conſilio triplex piræei portus conſtitutus é: iſqꝫ mœnibus circundatus : ut ipſam urbem dignitate æquipar&:utilitate ſupar&. Idemqꝫ muros atheniẽſiũ reſtituit præcipuo periculo ſuo. Nanqꝫ lacedæmonii

cauſam idoneam nacti ꝑpter barbarorum excurſiones qua negarent oportere extra pelopõneſum ullam urbẽ habere ne eſſent loca munita quæ hoſtes poſſiderent: athenienſes ædificantes ꝓhibere ſunt conati. Hoc lõge alio ſpectabant atque uideri uolebant. Athenienſes enĩ duabus uictoriis marathonia & ſalaminia tantã gloriã apud omnes gentes erant conſecuti: ut intelligerent lacedæmonii de principatu ſibi cum his certamen fore. Quare eos q̃ infirmiſſimos eſſe uolebant. Poſtq̃ autem audierẽt muros inſtrui legatos athenas miſerunt: qui id fieri uetarent. His præſentibus deſierẽt: ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerẽt. hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles & ſolus primo ꝓfectus eſt. Reliq legati ut tum exirẽt cum ſatis altitudo muri extructa uideret præcepit. Interim omnes ſerui atq; liberi opus facerẽt: neq; ulli loco parcerent: ſiue ſacer: ſiue ꝓphanus: ſiue priuatus: ſiue publicus: & undiq; quod idoneum ad muniendum putarent cogerent. Quo factum eſt ut athenienſium muri ex ſacellis ſepulcrisq; conſtarent. Themiſtocles autem ut lacedæmonem uenit adire ad magiſtratus uoluit & dedit operam: ut q̃ longiſſime tempus duceret: cauſam interponens ſe collegas expectare. Cum lacedæmonii quererent opus nihilominus fieri: eumque ea re conari fallere interim reliqui legati ſunt conſecuti: a quibus cum audiſſ& non multum ſupeſſe munitionis ad ephoros lacedæmoniorũ acceſſit: penes quos ſummum imperium erat atq; apud eos cõtendit falſa his eſſe delata. Quare æquũ eſſe illos bonos uiros nobilesq; mittere: quibus fides adhiberet qui rem explorarent. Interea ſe obſidem retinerent. geſtus eſt eimos tresq; legati functi ſũmis honoribus athenas miſſi ſunt. Cũ his collegas ſuos Themiſtocles iuſſit ꝓficiſci.

Hisq; prædixit ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent q̄ ipse essꝫ remissus. Hos postq̄ athenas p/ ueīsse ē ratus ad magistratum senatūq; lacedæmonio/ adiit: & apud eos liberrime professus é athenienses suo consilio quod communi iure gentium facere possent: deosq; publicos suosq; patrios ac penatés quo facilius ab hoste possent defendere muris sæpsisse: neq; eo quod iutile essꝫ græciæ feciſſe. Nā illorum urbem & ppugna/ culum oppositum esse barbaris . apud quā iā bis classē regiam feciſſe naufragium : lacedæmonios auté male & iniuste facere qui id potius intuerent quod ipsorum dominatōi q̄ quod uniuersæ græciæ utile essꝫ . Quare si suos legatos accipere uellent quos athenas miserant: se remitterent. Aliter illos nunq̄ in patriam essent rece/ pturi. Tamen non effugit ciuium suorum inuidiam. Nanq; ob eundem timorem quo damnatus erat Mil/ tiades testarū suffragiis e ciuitate eiectus argos hītatū concessit. Hic cum propter multas eius uirtutes magna cum dignitate uiuer& lacedæmonii legatos athenas mi/ serunt : qui eum absentem accusarent q; societaté cum rege persæ ad græciam opprimendam feciſſ&. hoc cri/ mine absens proditionis est damnatus . Id ut audiuit quod non satis tutum se argis uidebat corcyram demi/ grauit. Ibi cum eius principes ciuitatis animaduertissét timere ne propter se bellum his lacedæmonii & atheni/ enses inducerent ad Admetum molosſorum regem cū quo ei hospitium fuerat confugit. Huc cum ueniſſ& & ī præsentia rex abesſ&: quo maiore religione se receptū tueretur: filiam eius paruulam arripuit: & cum ea se in sacrariū quod summa colebat cerimonia coniecit. Inde non prius egressus est q̄ rex eum data dextra in fidem reciper&: quam præstitit . Nam cum athenienſibus &

lacedæmoniis expoſceret̃ publice ſupplicem nõ ꝓdidit: monuitq; ut conſuler& ſibi. Difficile enim eſſe in tam ꝓpinquo loco tuto eum uerſari. Itaq; Phydnam eum deduci iuſſit: & quod ſatis eſſe præſidii dedit. Hic in nauem omnibus ignotus aſcendit. Quæ cum tẽpeſtate maxima naxum ferret̃ ubi tum atheniẽſium erat exercitus: ſẽſit Themiſtocles ſi eo ꝓueniſſ& ſibi eſſe ꝓuidũ. Hac neceſſitate coactus domino nauis quis ſit aperit multa pollicens ſi ſe conſeruaſſ&. At ille clariſſimi uiri captus miſericordia diem noctemq; procul ab inſula in ſalo nauem tenuit in anchoris: neq; quenq̃ ex ea exire paſſus eſt. Inde epheſum ꝓuenit: Ibiq; Themiſtoclem exponit: cui ille pro meritis gratiã poſtea rettulit. Scio pleroſq; ita ſcripſiſſe Themiſtoclem Xerxe regnante in aſiam tranſiſſe. Sed ego ꝓtiſſimum Thucydidi credo quod ætate proximus erat qui illorum tempoꝝ hiſtoriã reliquerunt: & eiuſdem ciuitatis fuit. Is autem ait ad Artaxerxem eum ueniſſe: atq; his uerbis epiſtolã miſiſſe. Themiſtocles ueni ad te qui plurima mala omnium graiorum ĩ domum tuam intuli cum mihi neceſſe fuit aduerſus patrẽ tuum bellare: patriamq; meã defẽdere. Idem multo plura bona feci: poſtq̃ in tuto ipſe & ille in periculo eſſe cœpit. Nam cum in aſiam reuerti uell& prœlio apud ſalaminam facto litteris eum certiorẽ feci id agi ut pons quem in helleſponto fecerat diſſolueret̃ atq; ab hoſtibus circumiret̃. Quo nuncio ille periculo ẽ liberatus. Nunc autem cõfugi exagitatus a cuncta græcia tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus non minus me bonum amicum habebis q̃ fortem inimicũ ille expertus ẽ. Ea autem rogo ut de his rebus quas tecũ colloqui uolo annum mihi temporis des: eoq; trãſacto ad te uenire patiaris. Huius rex animi magnitudinem

admirans cupiensq; talem uirum ſibi conciliari ueniã dedit. Ille omne illud tempus litteris ſermoniq; pſarũ dedit : quibus adeo eruditus eſt ut multo commodius dicat apud regem uerba feciſſe q̃ hi poterant q in pſide erant nati . Hic cum multa regi eſſ& pollicitus gratiſſimumq; illud ſi ſuis uti conſiliis uell& illum græciam bello oppreſſurum : magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in aſiam rediit :domiciliumq; magneſiæ ſibi conſtituit . Nanq; hanc urbem ei rex donarat his uſus uerbis : quæ ei panem præber&:ex qua regione qnquaginta talenta quot annis redibant . Lampſacum unde uinum ſumer& : Mintham ex qua obſonium haber&. Huius ad noſtram memoriam monumenta manſerũt duo : ſepulcrum prope oppidum in quo eſt ſepultus. ſtatuæ in foro magneſiæ:de cuius morte multis modis apud pleroſq; ſcriptum eſt. Sed nos eundem potiſſimũ Thucydidem auctorem ꝓbamus:qui illum ait magneſiæ morbo mortuum:neq; negat fuiſſe famam uenenũ ſua ſponte ſumpſiſſe:cum ſe quæ regi de græcia opprimenda pollicitus eſſ&:præſtare poſſe deſperar&. Idem oſſa eius clã in attica ab amicis ſepulta:quoniã legibus non concederet quod proditionis eſſ& damnatus memoriæ prodidit.

ARISTIDIS VITA.

ARISTIDES LYSIMACHI Filius athenienſis æqualis fere fuit Themiſtocli . Itaq; cũ eo de principatu contendit. Nanq; obtrectarũt inter ſe. In his autem cognitum eſt quanto anteſtar& eloquentia innocetiæ: q̃q̃ enim adeo excellebat Ariſtides abſtinẽtia

ut unus post hominum memoriam quod quidem nos audierimus cognomine iustus sit appellatus : tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decē ānoꝝ multatus est. Qui quidem cum intelliger& reprimi cō/citatam multitudinem nō posse: cedensq; aīaduerter& quendam scribentem ut patria pelleret: quæsisse ab eo dicitur: quare id facer&: aut quid Aristides cōmisiss&: cur tantam pœnam dignus duceret. Cui ille respondit se ignorare Aristidem: sed sibi nō placere ꝙ cupide ela/boras& ut præter cæteros iustus appellaretur. Hic decē annorum legitimam pœnam non ꝓtulit. Nam postꝙ Xerxes in græciam descendit sexto fere anno q̄ erat ex/pulsus : plebiscito in patriam restitutus est. Interfuit autē pugnæ nauali apud salaminam quæ facta ē prius q̄ pœna liberaretur. Idem prætor fuit athenienſiū apud plateas in prœlio quo Mardonius fusus: barbarorūque exercitus interfectus. Neq; aliud est ullum huius in re militari illustre factum q̄ huius imperii memoria. Iu/stitiæ uero & æquitatis & innocentiæ multa. In primis ꝙ eius æquitate factum est cum ī communi classe ess& græciæ simul cum Pausania: quo duce Mardonius erat fugatus : ut summa imperii maritimi a lacedæmoniis trāsferretur ad athenienſes. Nāq; āte id tēpus & mari & terra duces erant lacedæmonii : tum autem & intemp/antia Pausaniæ & iustitia factum est Aristidis ut omēs fere ciuitates græciæ ad athenienſium societatem se ap/plicarent: & aduersus barbaros hos duces deligerent sibi quos quo facilius repellerent si forte bellum renouare conarentur: ad classes ædificandas exercitusq; cōparan/dos quantum pecuniæ quæque ciuitas dar& Aristides delectus est qui constituer&. eius arbitrio quadringēta & sexaginta talenta: quot annis delum sunt collata. Id

enim commune ærarium esse uoluerunt. Quæ omnis pecunia postero tempore athenas translata est. hic qua fuerit abstinẽtia nullum est certius indicium quã cum tantis rebus præfuiss& in tanta pauptate decessit: ut q efferretur uix reliquerit. Quo factum ẽ ut filiæ eius publice alerentur: & de communi ærario dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartũ q̃ Themistocles athenis erat expulsus.

PAVSANIAE VITA.

PAVSANIAS LACEDAEMONIVS magnus homo: sed uarius ĩ omni genere uitæ fuit. Nam ut uirtutibus eluxit: sic uitiis est obrutus. huius illustrissimũ est prœlium apud plateas. Nanq; illo duce Mardonius Satrapes regius. natione medus. regis gener in primis omnium persarum & manu fortis & consilii plenus cum ducentis milibus peditum: quos uiritim legerat: & uiginti milibus equitum: Haud ita magna manu græcia fugatus est: eoq; ipse dux cecidit prœlio: qua uictoria elatus plurima miscere cepit: & maiora concupiscere. Sed primum in eo est reprehensus: q; cũ ex præda tripodẽ aureum delphis posuiss& epigrãmate scripto in quo erat hæc sententia suo ductu barbaros apud Plateas esse deletos: eiusq; uictoriæ ergo apollini donum dedisse. Hos uersus lacedæmonii exculpserunt neq; aliud scripserunt q̃ nomina earum ciuitatũ quas& auxilio persæ erãt uicti. Post id prœlium eundem Pausaniam cum classe communi cyprum atq; hellespontũ miserunt: ut ex his regionibus barbarorũ præsidia depeller&. Pari felicitate ĩ ea re usus elatius se gerere cœpit

maioresq; appetere res. Nam cum bizantio expugnato cepiſſ& complures perſarum nobiles: atque in his non nullos regis propinquos: hos clā Xerxi remiſit: ſimulās ex uinclis publicis effugiſſe : & cum his Congylum cretenſem qui litteras regi redderet: in quibus hæc fuiſſe ſcripta Thucydides memoriæ prodidit. Pauſanias dux ſpartæ quos bizantii ceperat poſtq̄ propinquos tuos cognouit tibi muneri miſit : ſeq; tecum affinitate coniungi cupit . Quare ſi tibi uidetur des ei filiam tuam nuptum. Id ſi feceris & ſparten & cæteram græciam ſub tuam poteſtatem ſe adiuuante redacturum pollicetur. His de rebus ſi quid geri uolueris certum hominem ad eum mittas face cum quo colloquatur . Rex tot hominum ſalute tam ſibi neceſſariorum magnopere gauiſus cōfeſtim cum epiſtola Arthabarum ad Pauſaniā mittit in qua eum collaudat. Petit ne cui rei parcat ad ea perficienda quæ pollicetur. Si fecerit nullius rei a ſe repulſam latuꝝ. Huius Pauſanias uoluntate cognita alacrior ad rem gerendam factus in ſuſpicionem cecidit lacedæmoniorum. In quo facto domum reuocatus accuſatus capitis abſoluitur: multatur tamen pecunia. Quam ob cauſam ad claſſem remiſſus non eſt . At ille poſt non multo ſua ſponte ad exercitum rediit : & ibi nō callida ſed dementi oratione cognita patefecit. Non enī mores patrios ſolum ſed etiam cultum ueſtitumque mutauit: apparatu regio utebatur: ueſte medica. Satellites medi & ægyptii ſequebantur. epulabatur more perſarum luxurioſius q̄ qui aderant perpeti poſſent . Aditum petētibus conueniendi non dabat : ſuperbe reſpondebat & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat. Colonas qui locus in agro troade eſt ſe contulerat : ibi conſilia cum patriæ: tum ſibi inimica capiebat . Id poſtquam

. Vide tras.

lacedæmonii reſciuerũt legatos ad eũ cũ lana miſerunt: in qua more illorũ erat ſcriptũ niſi domum reuerteret ſe capitis eum damnaturos. hoc nuncio motus ſperans ſe etiã cũ pecunia et potentia inſtans periculum poſſe depellere: domũ rediit. Huc ut uenit ab ephoris in uincula publica coniectus eſt. Licet enim legibus eorũ cuius ephoro hæc facere regi huic tamen ſe expediuit: neque eo magis carebat ſuſpicione. Nam opinio manebat eũ cum rege habere ſocietatem. Eſt genus quoddam hominum quod ilotæ uocatur: quorum magna multitudo agros lacedæmoniorum colit: ſeruorumque munere fungitur. hos quoque ſollicitare ſpe libertatis exiſtimabatur. Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen quo argui poſſ& non putabant de tali tamque claro uiro ſuſpicionibus oportere iudicari: & expectandum dum ſe ipſa res aperir&. Interim Argilius quidam adoleſcẽtulus quem puerum Pauſanias amore uenereo dilexerat cum epiſtolã ab eo ad Arthabarum accepiſſ&: eiq; in ſuſpicionem ueniſſ& aliquid ĩ ea de ſe eſſe ſcriptum: quod nemo eorum rediiſſ& qui ſuper tali cauſa eodem miſſi erant uincula epiſtolæ laxauit: ſignoque detracto cognouit ſi pertuliſſ& ſibi eſſe pereundum. Erant in eadem epiſtola quæ ad ea pertinebant quæ inter regem Pauſaniamque conuenerant. Has ille litteras ephoris tradidit. Non eſt praetereunda grauitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne huius quidem iudicio impulſi ſunt ut Pauſaniam comprehenderent. Neque prius uim adhibendam putauerunt: q̃ ſe ipſe iudicaſſ&. Itaque huic iudici quid fieri uellent præceperunt. Fanum Neptuni eſt Tænari quod uiolari nefas putant Græci. Eo ille iudex confugit: in ara conſedit. Hanc iuxta locũ fecerunt ſub terra ex quo poſſ& audiri

ſiquis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam deſcenderunt. Pauſanias ut audiuit Argilium confugiſſe in aram perturbatus uenit eo. Quem cum ſupplicem dei uider& in ara ſedentem: quærit cauſæ quid ſit tam repentini cõſilii: huic ille quid ex litteris comperiſſ& aperit. Modo magis Pauſanias perſ'batus orare cœpit ne nũciar&: nec ſe meritum de illo optime proder&. Quod ſi eam ueniam ſibi dediſſ& tantisque implicitum rebus ſubleuaſſ&: magnoque ei premio futurum. His rebus ephori cognitis ſatius putauerunt in urbe eum comprehendi: quo cum eſſent profecti: & Pauſanias placato Argilio ut putabat Lacedæmonem reuerteretur: in itinere cum iam in eo eſſ& ut comprehenderetur: & ex uultu cuiuſdam ephori qui eum admonere cupiebat: inſidias ſibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus: q̃ qui ſequebantur in ædem Mineruæ quæ chalciœcus uocatur confugit. Hinc ne exire poſſ& ſtatim Ephori ualuas eius ædis obſtruxerunt: tectumq; ſũt demoliti: quo facilius ſub diuo interir&. Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ uixiſſe: eamq; iam magno natu poſtquã de ſcelere filii comperit in primis ad filium claudendum lapidem ad introitum ædis attuliſſe. Sic Pauſanias magnam belli gloriam turpi morte maculauit. Hic cum ſemianimis de templo elatus eſſ&: confeſtim animam efflauit. Cuius mortui corpus cum eodem non nulli dicerent inferri oportere: quo hi qui ad ſupplicium eſſent dati: diſplicuit pluribus: & procul ab eo loco infoderunt quo erat mortuus. Inde poſterius delphici reſponſo exutus: atq; loco ſepultus ubi uitam finierat.

CYMONIS VITA.

CYMON MYLTIADIS FILIVS athenienſis diro admodum initio uſus eſt adoleſcẽtiæ. Nam cũ pater eius litem extimatã populo ſoluere nõ potuiſſ&: ob eamque cauſam in uĩculis publicis deceſſiſſ& : Cymon eadem cuſtodi tenebatur: neque legibus athenienſibus emitti poterat niſi pecuniam qua pater multatus eſſ& ſoluiſſ&. Habebat autem in matrimonio ſororem germanam ſuam nomine Elpenicem : non magis amore q̃ ore ductus . Nam athenienſibus lic& eodem patre natas uxores ducere . Huius coniugii cupidus Callias qdã non tã generoſus q̃ pecunioſus qui magnas pecunias ex metallis fecerat : egit cum Cymone: ut eam ſibi uxorem dar& . Id ſi impetraſſ& ſe pro illo pecuniã ſoluturum . Is cum talem conditionem aſpernaretur: Elpenices negauit ſe paſſuram Myltiadis progeniem in uinculis publicis interire: quoniam prohibere: ſeque Calliæ nupturam : ſi ea quæ polliceretur præſtitiſſ&. Tali modo cuſtodia liberatus Cymon : celeriter ad prĩcipatum peruenit . Habebat enim ſatis eloquentiae: ſummam liberalitatem : magnam prudentiam : cum iuris ciuilis : tum rei militaris : q̃ cum patre a puero in exercitu fuerat uerſatus. Itaque hic & populum urbanũ in ſua tenuit poteſtate : & apud exercitum plurimum ualuit auctoritate . Primum imperator apud flumen ſtrymona magnas copias thracum fuganit. Oppidum amphipolim conſtituit: eoque decem milia athenien-

ſium in coloniam miſit. Idem iterum apud mychalē cypriorum & phœnicum ducentarum nauium claſſem deuictam cepit. Eodemque die pari fortuna in terra uſus eſt. Nanque hoſtium nauibus captis ſtatim ex claſſe copias ſuas eduxit: barbarorum uno concurſu maximam uim proſtrauit. Qua uictoria magna præda potitus cum domum reuerteretur quod iam non nullæ īſulæ propter acerbitatem imperii defecerant: alienatas ad officium redire coegit cyprum: quam eo tempore dolopes incolebant q̄ contumacius ſe geſſerant uacue fecit ſeſſores ueteres urbe inſulaque eiecit: agros ciuibus dimiſit thaſios opulentia fretos ſuo aduentu fregit. His e manubiis athenarū arx quæ ad meridiem uergit eſt ornata. Quibus rebus cum unus in ciuitate maxime floreret: incidit in eandem inuidiam quam pater ſuus cæterique athenienſium principes. Nam teſtarum ſuffragiis q̄ illi hoſtratos uocant: decem annorum exilio mulctatus eſt. Cuius facti celerius athenienſes q̄ ipſū pœnituit. Nam cum ille animo forti inuidiæ ingratorū ciuium ceſſiſſet: bellumq; lacedæmonii athenienſibus indixiſſent: confeſtim notæ eius uirtutis deſiderium conſecutum eſt. Itaque poſt annum quīntum: quo expulſus erat in patriam reuocatus eſt. Ille q̄ hoſpitio lacedæmoniorum utebatur: ſatius exiſtimans contendere lacedæmonem ſua ſponte eſt profectus: pacemq; inter duas potentiſſimas ciuitates conciliauit. Poſt neque ita multo cyprum cum ducentis nauibus imperator miſſus: cum eius maiorem partem inſulæ deuiciſſet: in morbum implicitus in oppido Cythio eſt mortuus. Hunc athenienſes non ſolum in bello: ſed in pace diu deſiderauerunt. Fuit enim tanta liberalitate

cum compluribus locis prædia hortosque haber&: ut nunq̄ in eis cuſtodem impoſuerit fructus ſeruandi gratia: ne quis impediretur: quo minus eius rebus quibus uell& frueretur. Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti: ut ſi quis opis eius indiger& haber& quod ſtatim dar&: ne differendo uideretur negare. Sæpe cum aliquem offenſum fortuna uider& minus bene ueſtitum ſuum aminiculum dedit. Quotidie ſic cœna ei quoquebatur: ut quos conuocatos uidiſſ&: in foro omnes deuorar&: quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides eius nulli opera: nulli res familiaris defuit: multos locupletauit. Complures pauperes mortuos qui unde efferrentur non reliquiſſent: ſuo ſumptu extulit. Sic ſe gerendo minime eſt mirandum ſi & uita eius fuit ſecura: & mors acerba.

LYSANDRI VITA.

LYSANDER LACEDAEMONius magnam reliquit ſui famam magis felicitate q̄ uirtute partam. Athenienſes enim in peloponneſios ſexto & uigeſimo anno bellum gerentes confeciſſe appar&. Id qua ratione conſecutus ſit lat&. Non enim uirtute ſui exercitus: ſed immodeſtia factum eſt aduerſariorum: qui quod dicto audientes imperatoribus ſuis non erant diſpalati in agris relictis nauibus in hoſtium uenerunt poteſtatem. Quo facto athenienſes ſe lacedæmoniis

dederunt. Hac uictoria Lysander elatus cum antea semper factiosus audaxq; fuisset: Sic sibi indulsit: ut eius opera in maximum odium græciæ lacedæmonii peruenerint. Nam cum hanc causam Lacedæmonii dictassent sibi esse belli ut athenienſium in potẽtem dominationem refringerent. Postq̃ apud eghos flumẽ Lysander classis hostium est potitus: nihil aliud molitus est: q̃ ut omnes ciuitates in sua tener& potestate: Cum id se lacedæmoniorum causa facere simular&. Nanque undique qui athenienſium rebus studuissẽt electis decem delegerat: in una quaque ciuitate qbus summum imperium potestatemque omnium rerum committer&. Horum in numero nemo admittebatur nisi qui aut eius hospitio contineretur: aut se illius fore proprium fide confirmarat. Ita decem uirali potestate in omnibus urbibus constituta ipsius nutu omnia gerebantur. Cuius de crudelitate ac perfidia satis est unam rem exempli gratia proferre ne de eodẽ plura enumerando fatigemus lectores. Victor ex asia cum reuerteretur thassumque diuertiss&: q̃ ea ciuitas præcipua fide fuerat erga athenienses: perinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici: qui constantes fuissent inimici: eam peruertere concupiuit. Vidit autem nisi in eo occultass& uoluntatem futurum: ut thasii dilaberentur: consulerentque rebus suis. Itaque decem uiralem suam potestatem sui ab illo constitutam sustulerunt. Quo dolore incensus iniit consilia reges lacedæmoniorum tollere. Sed sentiebat id sine ope deorum facere non posse: q̃ lacedæmonii omnia ad oracula referre consueuerant. Primum delphi corrumpere est conatus. Cũ id non potuiss& dodonã

adortus eſt. Hinc quoque repulſus dixit ſe uota ſuſcepiſſe quæ Ioui Hammoni ſoluer& : exiſtimans ſe afros facilius corrupturum . Hac ſpe cum profectus eſſ& in africam :multum eum antiſtites Iouis fefellerunt .Nam non ſolum corrumpi non potuerunt:ſed etiam legatos lacedæmona miſerunt:qui Lyſandrum accuſarent : ꝙ ſacerdotes phani corrumpere conatus eſſ& .Accuſatus hoc crimine : iudicumque abſolutus ſententiis orchomeniis miſſus ſubſidio occiſus eſt a thebanis apud alyarthum.Quam uero de eo for& iudicatum : oratio inditio fuit : quæ poſt mortem in domo eius reperta eſt:in qua ſuad& lacedæmonijs ut regia poteſtate diſſoluta : ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum:ſed ſcripta ut deorum uideretur congruere ſententiæ : qua ille ſe habiturum pecunia fidens non dubitabat . hanc ei ſcripſiſſe Cleon Alycarnias dicitur . Atque hoc loco non eſt prætereundū factum Pharnabazi Satrapis regii.Nam cū Lyſander præfectus claſſis in bello multa crudeliter auarcque feciſſ& : Deque his rebus ſuſpicaretur ad ciues ſuos eſſe perlatum petiit a Pharnabazo:ut ad ephoros ſibi teſtimonium dar& quanta ſāctitate bellum geſſiſſ&: ſociosque tractaſſ& . De eaque re accurate ſcriber&. Magnam enim eius auctoritatem in ea re futuram. Hinc ille liberaliter pollicetur librum grauem multis uerbis conſcripſit:in quibus ſummis eum effert laudibus . Quem cum legiſſ& : probaſſ&que dum deſignatur alterum pari magnitudine ut diſcerni non poſſ& : ſignatum ſubiecit :in quo accuratiſſime eius auaritiam perfidiamque accuſarat . Hinc Lyſander domum cum rediſſ&:poſtq̄ de ſuis rebus geſtis apud

maximum magiſtratum quæ uoluerat dixerat teſti-
monii loco librum a Pharnabazo datum tradidit.
Hunc ſummoto Lyſandro cum ephori cognoſcerent:
ipſi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipſe ſuus
fuit accuſator.

ALCIBIADIS VITA.

ALCIBIADES CLINIAE FILIVS athenienſis. In hoc natura quid ef-
ficere poſſit uidetur experta. Cõſtat enim inter omnes qui de eo memo-
riæ prodiderunt: nihil illo fuiſſe excellentius uel in uitiis uel in uir-
tutibus. Nam in ampliſſima ciuitate ſummo genere omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus ad omnes res aptus conſiliique plenus. Nanque imperator fuit ſummus mari & terra diſertus: ut in primis dicendo ualer&:& tanta erat commendatio oris atq; orationis ut nemo ei dicendo poſſ& reſiſtere. deinde cũ tempus poſcer&: laborioſus: patiens: liberalis: ſplendidus nõ minus in uita q̃ uictu affabilis: blandus: temporibus callidiſſime inſeruiens. Idem ſimulac ſe præmiſerat nec cauſa ſuberat quare animi laborem perferr& luxurioſus: diſſolutus: libidinoſus: intemperans reperiebatur: ut omnes admirarentur in uno homine tãtã diſſimilitudinem: tamque diuerſã naturã. Educatus eſt ĩ domo Periclis (priuignus enim ſuus fuiſſe dicit). Eruditus a Socrate. ſocerum habuit Hipponicũ oĩum græcæ linguæ eloquentia diſertiſſimum: ut ſi ipſe

fingere uell&:neque plura bona reminiſci:neque ma/
iora poſſ& conſequi : q̄ uel fortuna uel natura tribu/
erat . Ineunte adoleſcentia amatus eſt a multis more
græcorum : in eis a Socrate de quo mentionem facit
Plato in ſympoſio.Nanque eum induxit commemo/
rantem ſe pernoctaſſe cum Socrate:neque aliter ab eo
ſurrexiſſe ac filius a parente debuerit . Poſtea q̄ robu/
ſtior eſt factus non minus multos amauit . In quor&
amore quoad licitū eſt odioſa multa delicate iocoſeq;
fecit:quæ referremus niſi maiora potioraq; habereūs.
Bello peloponneſiaco huius conſilio atq; auctoritate
athenienſes bellum ſyracuſanis indixerunt : ad quod
gerendum ipſe dux delectus eſt.Duo præterea collegæ
dati Nicias & Lamacus . Id cum appararetur prius q̄
claſſis exir& accidit : ut una nocte omnes hermæ quæ
in oppido erant athenis deiicerentur :præter unum q̄
ante ianuam erat:Androclides uocatus eſt . hoc cum
apparer& non ſine magna multorum cōſenſione eſſe
factum : q̄ non ad priuatum : ſed ad publicam rem
pertiner& : magnus multitudini timor eſt iniectus:
nequa repentina uis in ciuitate exiſter& quæ libertatē
opprimer& populi.Hoc maxime conuenire in Alcibi/
adem uidebatur : q̄ & potentior & maior q̄ priuatus
exiſtimabatur . Multos enim liberalitate deuinxerat:
plures enim opera forēſi ſuos reduxerat.Quare fiebat
ut omnium oculos quotiēſcunq; ī publicum ꝓdiſſ&
ad ſe conuerter&:neque ei par quiſq̄ in ciuitate pone/
ret.Itaque non ſolum ſpem in eo habebant maximā:
ſed etiam timorem:q̄ & obeſſe plurimum & prodeſſe
poterat. Aſpergebatur etiam infamia q̄ in domo ſua
facere myſteria dicebatur:quod nefas erat more athe/

nienſium:idque non ad religionem ſed ad cõiuratio/
nem pertinere exiſtimabatur.Hoc crimine ĩ cõtẽtione
ab inimicis compellabatur . Sed inſtabat tempus ad
bellum proficiſcendi . Id ille intuens neque ignorans
ciuium ſuorum conſuetudinem poſtulabat: ſiquid
de ſe agi uellent potius de præſenti queſtio haberet̃:
q̃ abſens inuidiæ crimine accuſaretur . Inimici uero
eius quieſcendum in præſenti quia nocere non poſſe
intelligebant:& illud tempus expectãdum decreuerẽt:
quo ſi exiſſ& : ut abſentem aggrederentur. Itaque fe/
cerunt . Nam poſtq̃ in ſiciliam eum perueniſſe credi/
derunt abſentem q̃ ſacra uiolaſſ& reum fecerunt.qua
de re cum ei nuncius a magiſtratu in ſiciliam miſſus
eſſ&:ut domum ad cauſam dicendam redir&: eſſ&q̃
magna ſpe prouinciæ bene adminiſtrandæ nõ parere
uoluit:& in triremem quæ ad eum deportandum erat
miſſa aſcendit:ac thurios in italiam peruectus multa
ſecum reputans de immoderata ciuium ſuorum licẽ/
tia crudelitateque erga nobiles utiliſſimum ratus
impendentem euitare tempeſtatem clam ſe a cuſto/
dibus ſubduxit:& inde primum elidem : deĩde thebas
uenit.Poſtq̃ autem ſe capitis damnatum bonis publi/
catis audiuit : & id quod uſu uenerat olympiadæ ſa/
cerdotes a populo coactos ut ſe deuouerent : eiuſque
deuotionis quo teſtatior eſſ& memoria exemplum in
pila lapidea inciſum eſſe poſitum in publico lacedæ/
monem demigrauit. Ibi ut ipſe prædicare conſueuerat
non aduerſus patriam:ſed inimicos ſuos bellũ geſſit:
q̃ iidem hoſtes eſſent ciuitati.Nam cum intelligerẽt
ſe plurimum prodeſſe reipublicæ ex ea eieciſſe:pluſq̃
iræ ſuæ q̃ utilitati communi paruiſſe .Itaque huius

consilio lacedæmonii cũ Perse rege amicitiã fecerunt: deide deceliã in attica munierũt: præsidioq; ꝑpetuo ibi posito ĩ obsidione athenas tenuerũt. Eiusdẽ opa ioniã a societate auerterũt atheniensium: quo facto multo superiores bello esse cœperunt. Neq; uero his rebus tã amici Alcibiadi sunt facti q̃ timore ab eo alienati. Nã cũ acerrimi uiri præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent pertimuerunt ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipsis descisceret & cũ suis ĩ gratiã rediret. Itaq; tẽpus eius ĩterficiẽdi quærere ĩstituerũt. Id Alcibiadi diutius cælari nõ potuit. erat enĩ ea sagacitate ut decipi non posset: præsertim cum animum attẽdisset & ad cauendũ. Itaq; ad Tysapherne prætectũ regis Darii se contulit. cuius cũ in intimam amicitiã peruenisset: & atheniẽsiũ male gestis in sicilia rebus opes senescere: cõtra lacedæmoniorũ crescere uider&: initio cũ Pisancho prætore qui apud samum exercitũ habebat per internuncios colloquitur: & de reditu suo facit mentionem. Erat enim eodem quo Alcibiades sensu populi potentiæ non amicus: & optimatum fautor. Ab hoc destitutus primum per Thrasybulum Lyci filium ab exercitu recipitur: prætorq; fit apud samum. Post suffragante Theramene plebiscito restituitur: pariq; absens imperio præficitur simul cum Thrasybulo: & Theramene. horum imperio tãta commutatio rerũ facta est ut lacedæmonii qui paulo ãte uictores uiguerant perteriti pacẽ peterent. Victi enim erant quinq; prœliis terrestribus: tribus naualibus. in quibus ducentas naues triremes amiserant: quæ captæ in hostium uenerant potestatem. Alcibiades simul cũ collegis recepat ioniam: hellespontũ: multas

præterea urbes græcas quæ in ora ſitæ ſunt aſiæ: quaꝝ expugnauerāt q̄plures: in his bizantium: neq; minus multas cōſilio ad amicitiam adiunxerant: q; in captos dementia fuerant uſi. In præda honuſti locupletato exercitu maximis rebus geſtis athenas uenerunt. His cum obuiam uniuerſa ciuitas ī piræum deſcendiſſ& tanta fuit omnium expectatio uiſendi Alcibiadis: ut ad eius triremem uulgus cōfluer&: perinde acſi ſolus adueniſſ&. Sic enim populo erat perſuaſum & aduerſus ſuperiores & præſentes ſecundas res accidiſſe eius opera. Itaq; & ſiciliæ admiſſum & Lacedæmoniorum victorias culpæ ſuæ tribuebant: quod talem uirum ex ciuitate expuliſſent. Neq; id ſine cauſa arbitrari uidebant. Nam poſtq̄ exercitui præeſſe cœperat: neq; terra: neq; mari hoſtes pares eſſe potuerant. Hic ut naui egreſſus eſt: q̄q̄ Theramenes & Thraſybulus eiſdem rebus præfuerant ſimulq; uenerant in piræeū: tamen illum unum omnes perſequebantur. Et id quod nunquam antea uſuenerat niſi olympiæ victoribus: coronis aureis æneisq; uulgo donabatur. Ille lachrymans talem beniuolentiam ciuium ſuorum accipiebat reminiſcēs priſtini temporis acerbitatem. Poſtq̄ aſtu uenit: concione aduocata ſic uerba fecit: ut nemo tam ferus fuerit: quin eius caſum lachrymarit. Inimicumq; his ſe oſtenderit: quorum opera patria pulſus fuerat: perinde ac ſi alius populus non ille ipſe qui tum flebat eum ſacrilegii damnaſſ&. Reſtituta ergo huic ſunt publice bona. Iidem illi olympiadæ ſacerdotes rurſus reſacrare ſunt coacti: qui eum deuouerant: pilæq; illæ in quibus deuotio fuerat ſcripta in mare præcipitatæ. Hæc Alcibiadi

lætitia minus fuit diuturna . Nam cum ei essent honores decreti : totaq; respublica domi belliq; tradita: ut unius arbitrio gereretur :& ipse postulasset& ut duo sibi collegæ darentur Thrasybulus & Adimantus : neque id negatum esset& classe in asiam profectus : q̄ apud cymen minus ex sententia rem gesserat in inuidiam recidit . Nihil enim eum non efficere posse ducebant . Ex quo fiebat ut omnia minus prospere gesta eius culpæ tribuerent : cum aut eum negligēter aut malitiose feciss̄e loquerentur sicut accidit . Nam corruptum a rege capere cymen noluisse arguebant. Itaque huic maxime imputamus malo causam fuisse nimiam opinionem ingenii atq; uirtutis . Timebatur enim non minus q̄ diligebatur : ne secunda fortuna magnisq; elatus opibus tyrannidem concupiscer&:quibus rebus factum est ut absenti magistratum abrogarent: & alium in eius locum substitueret. Id ille ut audiuit domum reuerti noluit : & se patarā contulit . Ibique tria castella communiuit bomos: biram:themeonticos:manuq; collecta primus græciæ ciuitatis in Thraciam introiit : glorioſius existimans barbarorum præda locupletati:q̄ graiorum:qua ex re creuerat fama cum opibus:magnamq; amicitiam sibi cum quibusdam regibus thraciæ peperat:neq; tamen a caritate patriæ potuit recedere . Nam cum apud egos flumen Philodes prætor athenienſium classem constituiss̄& suam:neq; lōge abess̄& Lysander prætor lacedæmoniorum:qui in eo erat occupatus:ut bellum q̄diutissime ducer&:quod ipsis pecunia a rege suppeditabatur:contra athenieſibus exhaustis:præter arma & nauis nihil erat super:Alcibiades ad athenienſium

uenit exercitum :ibique præſente uulgo agere cœpit: ſi uellent ſe coacturum Lyſandrum dimicare : aut pacem petere : reſpondent lacedæmonios eo nolle confligere claſſe: q̄ pedeſtribus copiis plus q̄ nauibus ualerent . Sibi autem eſſe facile Seucem regem thracum deducere : ut eos terra depeller&. Quo facto neceſſario aut claſſe conflicturos :aut bellum compoſituros. Id &ſi uere dictum Philodes animaduertebat: tamen poſtulata facere noluit: q̄ ſētiebat ſe Alcibiade recepto nullius momenti apud exercitum futurum. Et ſiquid ſecundi eueniſſ&: nullam in ea re ſuam partem fore . Contra ea ſiquid aduerſi accidiſſ& : ſe unum eius delicti futurum reum . Ab hoc diſcedens Alcibiades quoniam inquit uictoriæ patriæ repugnas: illud moneo iuxta hoſtes caſtra habeas nautica. Periculum eſt enim ne immodeſtia militum noſtrorum occaſio detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus. neq; ea res illum fefellit. Nam Lyſander cum per ſpeculatores comperiſſ&: uulgum atheniēſium ī terram prædatum exiſſe :nauesq; pene inanes relictas :tēpus rei gerendæ non dimiſit: eoq; impetu totum bellum deleuit . At Alcibiadēs uictis athenienſibus non ſatis tuta eadem loca ſibi arbitrans penitus in thraciam ſe ſupra propontidem abdidit : ſperans ibi facillime ſuam fortunam occuli poſſe. Falſo. Nā thraces poſtq̄ eum cum magna pecunia ueniſſe ſenſerunt :inſidias fecerūt: q̄ ea quæ apportauit abſtulerunt: ipſum cape non potuerunt . Ille cernēs nullum locum ſibi tutum in Græcia propter potētiam Lacedæmoniorum: ad Pharnabazum in aſiam tranſiit . Quem quidē adeo ſua cepit humanitate : ut eum nemo in amicitiam

anteceder&. Nanq; ei grimium dederat in phrygia caſtrum: ex quo quīquaginta talenta uectigalis hēbat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus: neque athenas uictas Lacedæmoniis ſeruire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed uidebat id ſine rege perſarum non poſſe fieri. Ideoq; eum amicum ſibi cupiebat adiungi: neq; dubitabat facile ſe conſecuturum: ſi modo eius conueniendi habuiſſ& poteſtatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare lacedæmoniis adiuuantibus ſciebat. Id ſi aperuiſſ& magnam ſe initurum gratiam uidebat. Hæc cum moliretur: peter&q; a Pharnabazo ut ad regē mitteretur: eodem tempore Critias cæteriq; tyranni athenienſium certos homines ad Lyſandrum in aſiam miſerunt: qui eum certiorem facerent niſi Alcibiadem ſuſtuliſſ&: nihil earum fore ratum: quas ipſe athenis conſtituiſſ&. Quare ſi ſuas res geſtas manere uell& illum perſequeretur. His Lacon rebus commotus ſtatuit accuratius ſibi agēdum cum Pharnabazo ſocietatem. Huic ergo renunciat: quæ regi cum lacedæmoniis eſſent irrita futura niſi Alcibiadē uiuum aut mortuum tradidiſſ& ſtare non poſſe. Nō tulit hoc Satrapes & uiolare clæmētiam: q̄ regis opes minui maluit. Itaque miſit Siſametiem & Bagrum ad Alcibiadē interficiendum: cum ille eſſ& in phrygia iterq; ad regem comparar&. Miſſi clam uicinitati in qua tum Alcibiades erat: dant negocium ut eum interficiāt. Illi cum ſecuro aggredi non auderent noctu ligna contulerunt circa ſamineam in qua quieſcebat: eamque ſuccēderunt: ut incendio conficerent: quem manu ſuperari poſſe diffidebant. Ille autem in ſonitu

flammæ est excitatus : &si gladius ei erat subductus familiaris sui subalare telum eripuit. Nāq; erat cū eo quidā ex arcadia hospes qui nunq̄ discedere uoluerat. Hūc sequi se iub&: & id quod in præsētia uestimētoꝝ fuit arripuit. his in ignē eiectis flammæ uim transiit. Quem ut barbari incēdium effugisse eminus uiderūt. telis missis interfecerunt: caputq; eius ad Pharnabazū rettulerūt. At mulier quæ cū eo uiuere consueuerat muliebri sua uestе contectum ædificii incendio mortuū cremauit: quod ad uiuum interimendum erat cōparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum . Hunc infamatum a plerisq; tres grauissimi historici summis laudibus extulerūt: Tucydides qui eiusdē ætatis fuit: Theopompus q fuit post aliquanto natus : & Timæus qui quidem duo maledicētissimi nescio quo modo in illo uno laudādo conscierunt . Nanq; ea quæ supra diximus de eo prædicarunt: atq; hoc amplius cum athenis splēdidissima ciuitate natus ess& splendore ac dignitate superasse uitæ. Postq̄ inde expulsus thebas uenerit: adeo studiis eorum īseruisse: ut nemo cū labore corporisq; uiribus poss& æquiperare. Omēs enim boetii magis firmitati corporis q̄ ingenii acumini inseruiūt. Eundem apud lacedæmonios: quoꝝ moribus summa uirtus in patientia ponebatur : sic duricie se dedisse ut parsimonia uictus atque cultus omnes lacedæmonios uincer&. Fuisse apud trachas homines uinolentos : rebusque uenereis deditos . hos quoq; in his rebus anteceſſisse. uenisse ad psas apud quos sinoma laus ess& fortiter uenari: luxuriose uiuere. hoꝝ sic imitatū cōsuetudinē: ut illi ipsi eū in his maxime admirarēt. Quibus rebus

effeciſſe ut apud quoſcunq; eſſ& principes poneret̃:hẽ/
retq; cariſſimus. Sed ſatis de hoc :reliquos ordiamur.

THRASYBVLI VITA.

THRASYBVLVS LYCI FILIVS athenienſis:ſi per ſe uirtus ſine fortuna ponderanda ſit:dubito an hũc primum omnium ponam . Illi ſine dubio neminẽ præfero fide cõſtãtia magnitudine animi in pr̃iã amore. Nam quod multi uoluerunt :pauci potuer̃t ab uno tyranno patriã liberare. Huic cõtigit ut a trigĩta oppreſſã tyrãnis exſeruitute in libertatem uendicar&. Sed neſcio quo modo cũ eum nemo anteir& his uirtutibus multi nobilitate præcurrerunt . Primum peloponneſio bello multa hic ſine Alcibiade geſſit:ille nullam rem ſĩe hoc. quæ ille uniuerſa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia imperatoribus cum militibus & fortuna : q̃ in prœlii concurſu abiit res a cõſilio ad uires uĩq; pugnantiũ. Itaq; iure ſuo nõ nulla ab impatore miles: pluri̇a uero a fortuna uẽdicat . Seq; his plus uaꝛuiſſe q̃ ducis prudentiã uere põt prædicare. quare illud magnificẽtiſſimũ factũ, ppriũ ẽ Thraſybuli. Nã cũ trigĩta tyrãni præpoſiti a lacedæmoniis ſeruitute oppreſſas tenerent athenas: pluri̇os ciues q̃bus in bello pep̃cerat fortũa : partĩ pr̃ia expuliſſẽt: partĩ ĩterfeciſſẽt: plurimoꝝ bona publicata inter ſe diuiſiſſẽt : nõ ſolum prĩceps ſed & ſolus initio bellũ his indixit. hic enim cũ phílen cõfugiſſ& quod eſt caſtellũ ĩ attica mũitiſſimũ nõ plus habuit ſecũ triginta de ſuis. Hoc initiũ fuit ſalutis atticoꝝ :hoc robur libertatis clariſſimæ ciuitatis.

Negnero

Neq; uero hic nõ contẽptus eſt primo a tyrannis :neq; eius ſolicitudo:quæ quidem res & illis contemnẽtibus perniciei : et huic deſpecto ſaluti fuit . Hæc enim illos ad perſequendum ſegnes:hos autem tempore ad comparandũ dato fecit robuſtiores .Quo magis præceptũ illud omnium in animis eſſe deb&:nihil in bello oportere contemni :nec ſine cauſa dici matrem timidi flere non ſolere.Neq; tamen pro opinione Thraſybuli auctæ ſunt opes:nam iam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur q̃ pugnabant.hinc in Piræeũ trãſiit munichiãq; muniuit:hanc bis tyrãni oppugnare ſũt adorti : ab eaq; turpiter repulſi,ptinus ĩ urbẽ armis impedimẽtisq; amiſſis refugerẽt . Vſus eſt Thraſybulus nõ minus prudẽtia q̃ fortitudine.Nam cedẽtes uiolari uetuit.ciues enim ciuibus parcere æquũ cenſebat.Neq; quiſq̃ eſt uulneratus niſi qui prior impugnare uoluit. Neminẽ iacentem ueſte ſpoliauit.Nil attigit niſi arma quorum indigebat :& quæ ad uictum pertinebant .In ſecundo prœlio cecidit Cricias dux tyrannoꝝ cũ quidẽ aduerſus Thraſybulũ fortiſſime pugnar&.hoc deiecto Pauſanias uenit atticis auxilio rex lacedæmoniorum. Is inter Thraſybulũ & eos qui urbẽ tenebant fecit pacẽ his cõditionibus :nequi præter triginta tyrãnos & decẽ qui poſtea prætores creati ſuperioris more crudelitatis erant uſi afficerentur exilio :neue bona publicarentur: reipublicæ procuratio populo redderetur.Præclarũ hoc quoq; Thraſybuli quod recõciliata pace cũ plurimum in ciuitate poſſ& legem tulit:nequis ante actarum rerũ accuſaretur :neue mulctaretur:eãq; illi legem obliuionis appellarunt .Neq; uero hanc tantum ferendã curauit: ſed etiam ut ualer& effecit.Nam cũ quidam ex his quĩ ſimul cum eo in exilio fuerant cædem facere eoꝝ uellẽt

cum quibus in gratiam reditum erat: publice ꝓhibuit: & id quod pollicitus erat præſtitit: huic ꝓ tãtis meritis honoris corona a populo data ẽ: facta duabus uirgulis oleaginis: quam quod amor ciuium nõ uis expreſſerat nullam habuit inuidiã: magnaq; fuit gloria. Bene ergo Pittacus ille qui ſeptem ſapiẽtum numero eſt habitus: cum ei mityleni multa milia iugerum agri & munera darent: nolite rogo uos inquit mihi dare quod multi inuideant: plures etiã concupiſcant. quare ex iſtis nolo amplius q̃ cẽtum iugera: quæ & meam animi æquitatẽ: & ueſtram uoluntatem indicent. Nam parua munera diutina: locupletia nõ propria eſſe conſuerunt. Illa igit̃ corona cõtentus Thraſybulus neq; amplius requiſiuit: neque quenq̃ honore ſe anteceſſiſſe exiſtimauit. Hic ſequẽti tempore cum prætor claſſem ad ſiciliam appuliſſ& : neq; ſatis diligẽter in caſtris eius agerent̃ uigiliæ a barbaris ex oppido noctu eruptione facta in tabernaculo interfectus eſt.

CONONIS VITA.

CONON ATHENIENSIS Peloponẽſio bello acceſſit ad rempu. in eoq; eius opere magnus fuit. Nam & prætor pedeſtribus exercitibus præfuit: & præfectus claſſis res magnas mari geſſit. Quas ob cauſas præcipuus ei honos habitus ẽ. Nanq; omnibus unus iſulis præfuit: ĩ qua poteſtate Pheras cepit coloniã lacedemonioq;. Fuit etiam extremo peloponẽſio bello prætor cũ apud egos flumen copiæ athenienſium a Lyſandro ſũt deuictæ. Sed tum abfuit: eoq; peius res adminiſtrata ẽ: nã & prudens rei militaris & diligẽs erat imperii. Itaq; nemini erat his temporibus dubium ſi affuiſſ& : illam

athenienſes calamitatem accepturos non fuiſſe. Rebus autem afflictis cũ patriã obſideri audiſſet nõ quæſiuit ubi ipſe tuto uiuer&: ſed unde præſidio poſſ& eſſe ciuibus ſuis. Itaq; contulit ſe ad Pharnabazũ ſatrapẽ ioniæ & lydiæ: eundemq; generum regis & propinquũ: apud quem ut multum gratia ualer& multo labore multisq; effecit periculis. Nam cum lacedæmonii athenienſibus deuictis in ſocietate non manerent quam cũ Artaxerxe fecerant: Ageſilaumq; bellatũ miſiſſẽt in aſiã maxime ĩpulſi a Tiſapherne qui ex ĩtimis regis ab amicitia eius defecerat: & cum lacedæmoniis coierat ſocietatem. Hũc aduerſus Pharnabazus habitus eſt imperator: re quidẽ uera exercitui præfuit Conon: eiuſq; omĩa arbitrio geſta ſũt. hic militum ducem ſummum Ageſilaũ impediuit: ſæpeq; eius conſiliis obſtitit. Neq; uero nõ fuit apertũ ſi ille non fuiſſ&: Ageſilaum aſiam tauro tenus regi fuiſſe erepturum. Qui poſtea q̃ domum a ſuis ciuibus reuocatus eſt: q; boetii & athenienſes lacedæmoniis bellũ ĩdixerãt. Conon nihilo ſecius apud præfectos regis uerſabatur: hisq; oĩbus magno erat uſui. Defecerat a rege Tiſaphernes: neq; id tã Artaxerxi q̃ cæteris erat apertũ. multis enim magnisq; meritis apud regem etiam cum in officio non maner& ualebat. Neq; admirandum ſi nõ facile ad cedendũ inducebat reminiſcẽs eius ſe opera Cyrum fratrẽ ſuperaſſe. Huius accuſandi gratia Conon a Pharnabazo ad regem miſſus: poſtq̃ uenit primũ ex morẽ perſarum ad Chiliarchum qui ſecundum gradũ imperii tenebat: tetrauſtem acceſſit: ſeq; oſtendit cum rege colloqui uelle. Nemo enim ſine hoc admittit. huic ille ĩquit nulla mora ẽ: ſed tu delibera utrum colloqui malis an per litteras quæ cogitas. Neceſſe eſt enim ſi in conſpectum ueneris: uenerari te regẽ: quod Proſcynin

illi uocãt:hoc ſi tibi graue ẽ:pro me nihiloſecius editis mandatis cõficies quod ſtudes. Tum Conon mihi uero inquit nõ eſt graue quemuis honorem habere regi:ſed uereor ne ciuitati meæ ſit opprobrio:ſi cũ ex ea ciuitate ſim profectus quæ cæteris gẽtibus imperare cõſueuerit potius barbarorum q̃ illius more fũgar. Itaq; quæ huic uolebat ſcripta tradidit. Quibus cognitis rex tantum auctoritate eius motus ẽ:ut Tiſapherné hoſtẽ uidicarit: & lacedæmonios bello pſequi iuſſerit. Et ei permiſerit quẽ uell& eligere ad diſpenſandã pecuniam. id arbitriũ Conon negauit ſui eſſe conſilii :ſed ipſius qui optime ſuos noſſe deber&. Sed ſuadere:Pharnabazo id negocii dar& :hinc magnis muneribus donatus ad mare ẽ miſſus : ut Cypriis & phœnicibus cæterisque ciuitatibus maritimis nauis longas ĩperar& . claſſemq; qua pxima æſtate mare tueri poſſ& cõparar& dato adiutore Pharnabazo ſicut ipſe uoluerat. Id ut lacedæmoniis eſt nũciatum non ſine cura rem adminiſtrarunt:quod maius bellum imminere arbitrabãtur q̃ ſi cum barbaro ſolum cõtenderent. Nam ducẽ fortem prudentẽ regis opibus præfuturum ac ſecum dimicaturum uidebãt :quẽ neq; cõſilio neq; copiis ſuperare poſſẽt. Hac mente magnã cõtrahũt claſſẽ :proficiſcunt Lyſandro duce. hos Conõ apud Gnidum adortus magno prœlio fugat : multas nauis capit:complures deprimit. Qua uictoria nõ ſolũ athenæ ſed etiam cũcta græcia quæ ſub lacedæmonioꝝ fuerat imperio liberata eſt. Conon cum parte nauium in patriam uenit. Muros dirutos a Lyſandro utroſq; & Piræei & athenarum reficiendos curat : pecuniæque .l. taléta quæ a Pharnabazo acceperat ciuibus ſuis donat. Accidit huic quod cæteris mõtalibus ut ĩcõſideratior ĩ ſecũda q̃ ĩ aduerſa eſſet fortũa. Nã claſſe Pelopõneſioꝝ

deuicta : cum ultimi se iniurias patriæ putar& plura concupiuit q̄ efficere potuit . Neq; tamen ea non pia & ꝓbanda fuerūt: quod potius patriæ opes augeri q̄ regis maluit . Nam cum magnam auctoritatem sibi pugna illa nauali: quam apud Gnidum fecerant constituiss& nō solū ĩter barbaros sed etiā omnes græciæ ciuitates clā dare opā cœpit : ut ioniā & æoliam restitueret atheniēsibus. id cū minus diligenter ess& cælatū Tyriabarus qui sardibus præerat Cononem euocauit simulans ad regē eum se mittere uelle: magna festinatione huius nuncio parens cum uenisss& in uincula coniectus est. In quibus aliq̄diu fuit. Non nulli eum ad regem abductum: ibiq; eū periisse scriptū reliquerṫ. Contra ea Dion historicus cui nos plurimum de persicis rebus credimus effugisse scripsit : illud addubitat utrum Tyriabaro sciente an imprudente sit factum.

DIONIS VITA.

DION HIPPARINI FILIVS Syracusanus nobili genere natus utraq; implicatus tyrānide dionysior: nāq; ille superior Aristōachē sororem Dionis habuit in matrimonio : ex q̄ duos filios Hipparinū & Nyseū ꝓcreauit: totidemq; filias Sophrosynem & Areten : quarū priorē Dionysio filio eidem cui regnum reliquit nuptū dedit: alteram Areten Dioni . Dion autem præter nobilem propinquitatem generosamq; maiorum famā multa alia ab natura habuit bona. In his ingeniū docile come aptum ad artes optimas : magnam corporis dignitatē: quæ nō minimum cōmēdat: magnas præterea diuitias a patre relictas : quas ipse tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionysio priori neq; minus ꝓpter mores

q̃ affinitatẽ .Nanq; &ſi Dionyſii crudelitas ei diſplice-
bat:tamẽ ſaluum propter neceſſitudinem magis etiam
ſuorum cauſa ſtudebat.Aderat in magnis rebus :eiusq;
cõſilio multũ mouebatur tyrannus:niſi qua ĩ re maior
ipſius cupiditas interceſſerat.legiones uero omnes quæ
eſſent illuſtriores p Dionẽ adminiſtrabãtur.Quas qdẽ
ille diligẽter obeũdo fideliter admĩſtrãdo crudeliſſimũ
nomẽ tyrãni ſua humanitate tenebat.Hũc a Dionyſio
miſſum carthaginẽſes ſuſcepeŕt:ut neminẽ unq̃ græca
lingua loquentem magis ſint admirati .Neq; uero hæc
Dionyſium fugiebant.Nam quãto eſſ& ſibi ornamẽto
ſẽtiebat.Quo fiebat ut uni huic maxĩe indulger&:neq;
eum ſecus diligerẽt ac filium:qui quidem cum Platonẽ
Tarentũ ueniſſe fama in ſiciliã eſſ& perlata adoleſcẽti
negare nõ potuit quin eum arceſſer& .Cum Dion eius
audiendi cupiditate flagrar&:dedit ergo huic ueniam:
magnaq; eum ambitione Syracuſas perduxit . Quem
Dion adeo admiratus eſt atq; adamauit:ut ſe totum ei
traderet.Neq; uero minus Plato delectatus eſt Dione.
Itaq; cum a Dionyſio tyrãno crudeliter uiolatus eſſ&
quippe quẽuenũdari iuſſiſſ& : tamẽ eodẽ rediit eiuſdẽ
Dionis precibus adductus.Interim in morbum incidit
Dionyſius :quo cum graui conflictaretur : quæſiuit a
medicis Dion quemadmodũ ſe haber&:ſimulq; de his
petiit ſi forte maiori eſſ& periculo ut ſibi fateretur.Nã
uelle ſe cũ eo colloqui de parendo regno : q; ſororis ſuæ
filios ex illo natos partem regni putabat debere habere.
id medici non tacuerunt:& ad Dionyſiũ filiũ ſermonẽ
rettulerunt.Quo ille commotus ne agendi eſſ& Dioni
poteſtas :patri ſoporem medicos dare coegit : hoc ergo
ſumpto ſõno ſopitus diem obiit ſupremũ . Tale initiũ
fuit Dionis & Dionyſii ſimultatis :eaque multis rebus

aucta est. Sed tamen primis temporibus aliquandiu si-
mulata inter eos amicitia mãsit: cũ Dion nõ desister&
obsecrare Dionysium ut Platonem athenis arcesser&: &
eius consiliis uteretur: ille qui in aliqua re uell& patrẽ
imitari morem ei gessit: eodemque tempore Philistum
historicũ Syracusas reduxit hominem amicũ nõ magis
tyrãno q̃ tyrannis. Sed de hoc in eo meo libro plura sũt
exposita qui de historicis conscriptus est. Plato autem
tantum apud Dionysium auctoritate potuit ualuitque
eloquentia: ut ei persuaserit tyrannidis facere finem:
libertatẽq; reddere syracusanis: a qua uoluntate Philisti
consilio deterritus aliquãto: crudelior esse cœpit. Qui
quidẽ cũ a Dione se superari uideret ingenio auctoritate
amore populi uerens ne si eum secum haber& aliquã
occasionem sui dar& opprimendi: nauem ei triremem
dedit: qua corinthũ deueheretur: ostẽdẽs se id utriusq;
facere causa ne cum inter se timerent alteruter alterum
præoccupar&. Id cum factũ multi indignarẽt magnæq;
ess& inuidiæ tyranno Dionysius omnia quæ moueri
poterãt Dionis in nauis imposuit: ad eumq; misit. Sic
enim existimari uolebat id se nõ odio hominis sed suæ
salutis feciss causa: postea uero audiuit eũ in Pelopon-
neso manum comparare: sibique bellum facere conari:
Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit. Filiumque
eius sic educari iussit: ut indulgẽdo turpissimis ibueret
cupiditatibus. Nã puero priusq̃ pubes ess& scorta ad-
ducebantur: uino epulisq; obruebatur: neq; ullũ tẽpus
sobrio relinquebatur: is usq; eo uitæ statum cõmutatũ
ferre non potuit: Postq̃ in patriam rediit pater. (Nanq;
appositi erãt custodes q eũ a pristino uictu deducerẽt)
ut se superiore parte ædium deiecerit: atq; ita interierit.
Sed illuc reuertor: postq̃ corinthum peruenit Dion &

eodem perfugit Heraclides ab eodē expulſus Dionyſio qui præfectus fuerat equitum : omni ratione bellum comparare cœperunt: ſed non multum proficiebant: q̄ multorum annorū tyrannus magnarum opū putabat: quam ob cauſam pauci ad ſocietatē periculi p̄ducebāt. ſed Dion fretus non tam ſuis copiis q̄ odii tyrāni maxīo animo duabus onerariis nauibus quinquaginta ānorū imperium munitum quingentis lōgis nauibus decem equitum centūq; peditū milibus p̄fectus oppugnatū: quod omnibus gentibus admirabile eſt uiſum adeo facile pertulit : ut poſt diem tertium q̄ ſiciliam attigerit: ſyracuſas introierit. Ex quo intelligi poteſt nullum eſſe imperium tutū niſi beniuolentia munitum . Eo tēpore aberat Dionyſius: & in italia claſſē opperiebat: aduerſarioq; ratus neminem ſine magnis copiis ad ſe uētuq;. Quæ res eū fefellit. Nā Dion his ipſis q̄ ſub aduerſarii fuerāt poteſtate : regios ſpiritus repreſſit : totiusq; eius partis ſiciliæ p̄titus eſt quæ ſub Dionyſii poteſtate fuerat. Pariq; modo urbis ſyracuſarum præter arcem & inſulam adiunctam oppido : eoque rem perduxit : ut talibus pactionibus pacem tyrānus facere uelle. Siciliā Dion optinerē: italiam Dionyſius : Syracuſas Apollocrates: cui maximam fidem uni habebat Dion. Has tā proſperas tamque inopinatas res conſecuta eſt ſubita commutatio : quod fortuna ſua mobilitate quē paulo ante extulerat demergere eſt adorta : primum in filio de quo commemoraui ſupra ſuam uim exercuit. Nam cum uxorē reduxiſſē & quæ alii fuerat tradita : filiumq; uell& reuocare ad uirtutem a perdita luxuria : accepit grauiſſimū parēs uulnus morte filii : deinde orta diſſēſione inter eū Heraclidem qui quidem principatū nō concedebat factionem comparauit : neque his minus

ualebat apud optimates quorum cõsensu præerat classi. Cum Dion exercitum pedestrem teneret: non tulit hoc animo æquo: Dion & uersũ illum Homeri rettulit ex secunda rapsodia in quo hæc sententia est nõ posse bene geri rempu. multorum imperiis. Quod dictum magna inuidia cõsecuta est. Nãq; aperuisse se omnia uidebatur in sua potestate esse uelle: hanc ille nõ lenire obsequio sed acerbitate opprimere studuit. Heraclidẽq; cum syracusas uenisset: interficiendum curauit. Quod factum omnibus maximũ timorẽ iniecit. Nemo enĩ illo interfecto se tutũ putabat: ille autẽ aduersario remoto licentius eorum bona quos sciebat aduersus se sensisse militibus dispertiuit: quibus diuisis cum quotidiani maximi fierẽt sumptus: celeriter pecunia deesse cœpit: neq; quo manus porriger& suppetebat nisi in amicorũ possessioẽs. Id eiusmodi erat ut cũ milites recõciliasset& amitter& optimates: quarum rerum cura frangebatur: & insuetus male audiendi non æquo animo ferebat de se ab his male existimari: quorum paulo ante in cælum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem offensa in eum militum uoluntate liberius loquebatur: & tyrannũ non ferendum dictitabat. Hæc ille intuẽs cum quẽadmodũ sedar& nescir&: ut quorsũ euader& timer&: Callicrates quidã ciuis athenienſis qui simul cũ eo ex Pelopõneso in siciliã uenerat: Homo & calidus & ad fraudẽ acutus sine ulla religione ac fide: adit ad Dionem & ait eum in magno periculo esse propter offensionẽ populi & odiũ militũ: quod nullo mõ euitare poss& : nisi alicui suo negocium dar& : qui se simular& illi inimicum quem inuenisset& idoneum facile omnium amicos cogniturũ aduersariosq; sublaturum: quod inimici eius diffidẽtis suos sensus aperturi forent. Tali cõsilio probato excepit

. Hõ.

has ptes ipſe Callicrates & ſe armat imprudẽtia Dioĩs. Ad eum interficiendũ ſocios cõquirit: aduerſarios eius conuenit: coniuratione confirmat. Res multis conſciis quæ gereretur elata refertur ad Ariſtomachen ſororem Dionis uxorẽq; Areten. Illæ timore perteritæ cõueniũt cuius de piculo timebãt. At ille negat a Callicrate fieri ſibi inſidias. Sed illa quæ agerentur fieri præcepto ſuo. Mulieres nihiloſecius Callicratem in ædem Proſerpinæ deducũt: ac iurare cogũt nihil ab illo piculi fore Dioni: Ille hac religione non modo non deteritus ſed ad maturandũ concitatus eſt: uerens ne prius cõſiliũ apiretur ſuum q̃ conata feciſſ&: hac mente proximo die feſto cũ a conuentu ſe remotum Dion domi teneret: atq; in cõclaui edito recubuiſſ&: conſciis loca munitiora oppidi tradidit: domum cuſtodibus ſepſit a foribus qui non diſcedebant certos præfecit: nauem triremem armatis ornat: Philocratoq; fratri ſuo tradit: eamque in portu agitari iub&: ut ſi exercere remiges uell& cogitãs ſi forte conſiliis obſtitiſſ& fortuna ut haber& quo fuger& ad ſalutem. Suoꝝ autem numero ſaguntinos adoleſcẽtes quoſdã elegit cum audaciſſimos: tũ uiribus maximis. hisq; dat negocium: ut ad Dionem eant inermes ſicut conueniendi eius gratia uiderentur uenire. hi propter notitiã ſunt intromiſſi. At illi ut limen eius intrarunt foribus obſeratis in lecto cubantem iuuadunt: colligãt: fit ſtrepitus adeo ut exaudiri poſſ& foris: hic ſicut ante ſæpe dictum eſt q̃ inuiſa ſit ſingularis potentia & miſeranda uita qui ſe metui q̃ amari malunt cuiuis facile intellectu fuit. Nanq; illi ipſi cuſtodes ſi ppria fuiſſẽt uoluntate foribus effractis ſeruare cum potuiſſent: q̃ illi inermes telum foris flagitantes uiuum tenebãt. Cui cum ſuccurrer& nemo Lygo quidam ſyracuſanus per

feneſtras gladiũ dedit: quo Dion interfectus ẽ. Cõfecta cæde cum multitudo uiſendi gratia introiiſſ& nõ nulli ab inſciis pro noxiis conciduntur: nam celeri rumore delato Dioni uim allatã multi cõcurrerant: quibus tale facinus diſplicebat. hi falſa ſuſpicione ducti ĩmerẽtes inermes ut ſceleratos occidunt. huius de morte ut palã factum eſt mirabiliter uulgi mutata eſt uoluntas. Nã qui uiuũ eum tyrannum uocitarant: eundẽ liberatorẽ patriæ tyranniq; expulſorem prædicabant. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat: ut eum ſuo ſanguine ſi poſſent ab Acheronte cũperent redimere. Itaq; in urbe celeberrimo loco elatus publice ſepulcri monumento donatus eſt: diẽ obiit circiter annos qnquaginta qnque natus: quartũ poſt annum q̃ ex Peloponneſo in ſiciliã redierat.

IPHICRATIS VITA.

IPHICRATES ATHENIENSIS non tam magnitudine rerum geſtarũ q̃ diſciplina militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux ut nõ ſolũ ætatis ſuæ cum primis compararetur: ſed ne de maioribus natũ quidẽ quiſq̃ anteponeret. Multũ uero ĩ bello ẽ uerſatus: ſæpe exercitibus præfuit: nuſquam culpa male rem geſſit: ſemp cõſilio uicit: tantũq; eo ualuit: ut multa in re militari partim noua attulerit: partĩ meliora fecerit. Nãq; ille pedeſtria arma mutauit: cũ ante illũ imperatorẽ maximis clipeis breuibusq; aſtis minutis gladiis uterent. Ille e cõtrario peltam pro parma fecit: a quo poſtea peltaſtæ pedites appellantur: ut ad motus concurſusq; eſſent leuiores. Haſtæ modum duplicauit: gladios longiores fecit: idẽ

genus loricaꝝ & pro ſertis atq; aenis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit, nã põdere detracto quodq; corpus terger& & leue eſſ& curauit: bellum cũ thracibus geſſit. Seutem ſocium atheniẽſium in regnũ reſtituit apud corĩthũ tãta ſeueritate exercitui præfuit: ut nullæ unquã ĩ græcia neq; exercitatiores copiæ neq; magis dicto audientes fuerint duci: in eãq; cõſuetudinẽ adduxit: ut cum prœlii ſignum ab ĩperatore eſſ& datũ ſine ducis opera ſic ordinatæ conſiſterent: ut ſinguli ab peritiſſimo ĩperatore diſpoſiti uiderent. Hoc exercitu morã lacedæmoniorum intercẽpit: quod maxime tota cẽlebratum eſt græcia. Iterũ eodem bello omnes copias eorum fugauit. Quo facto magnam adeptus é gloriam cũ Artaxerxes ægyptio regi bellũ ĩferre noluit: Iphicratẽ ab atheniẽſibus petiuit ducẽ quem præficer& exercitui conducto: cuius numerus duodecim milium fuit. Quẽ quidem ſic omni diſciplina militari erudiuit: ut quẽ admodum quondam Fabiani milites romani appellati ſunt: ſic iphicratẽſes apud græcos in ſũma laude fuerĩt. Idem ſubſidio lacẽdæmoniis profectus Epaminundæ retardauit impetus. Nam niſi eius aduẽtus appropinquaſſ& non prius thebani ſparta abſceſſiſſent: q̃ captã incẽdio deleſſent. Fuit autẽ & animo magno & corpore imperatoriaque forma: ut ipſo aſpectu cuiuis iniiceret admirationem ſui: ſed in labore remiſſus nimis parũq; patiẽs: ut Theopompus memoriæ ꝓdidit: bonus uero ciuis fideq; magna quod cum in aliis rebus declarauerit tũ maxime in Amintæ macedonis libris tuendis. Nanq; Eurydice mĩ Perdicæ & Philippi cũ his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicratem confugit: eiusq; opibus defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem placatis in ſe ſuorũm ciuium animis: cauſam capitis ſemel dixit bello ſociali:

ſimul cũ Timotheo: eoq; iudicio ẽ abſolutus. Meneſthea filium reliquit ex Tarſa natum Coti regis filia. Is cum interrogaretur utrum pluris patrem matremue facer&: matrem inquit. Id cum omnibus mirum uideretur: at ille merito inquit facio. Nam pater quantum in ſe fuit thracem me genuit. Contra mater athenienſem.

CHABRIADIS VITA.

CHABRIAS ATHENIENSIS HIC quoq; in ſummis habitus ẽ ducibus: resq; multas memoria dignas geſſit. Sed ex his eluc& maxime inuentum eius ī prœlio quod apud thebas fecit: cum boetiis ſubſidio ueniſſ&. Nanq; in ea uictoria fidentem ſummum ducem Ageſilaum fugatis iam ab eo cõducticiis cateruis reliquã phalangẽ loco uetuit cedere: obnixoq; genu ſcuto, pectaq; haſta impetum excipere hoſtium docuit. Id nouũ Ageſilaus intuens progredi nõ eſt auſus: ſuosq; iam incurrentes tuba reuocauit. Hoc uſq; eo græcia fama celebratũ ẽ: ut illo ſtatu Chabrias ſibi ſtatuã fieri uoluerit: quæ publice ei ab atheniẽſibus in foro cõſtituta eſt. Ex quo factum ẽut poſtea Athletæ cæteriq; artifices his ſtatibus ſtatuis ponendis uterentur cũ uictoriã eſſent adepti. Chabrias autem multa in europa bella adminiſtrauit. Cum dux atheniẽſiũ eſſ&: in ægypto ſua ſpõte geſſit. Nã Neptenabum adiutum profectus regnum ei conſtituit. Fecit idẽ cypri: ſed publice ab atheniẽſibus Euagoræ adiutor datus: neq; prius inde diſceſſit q̃ totam inſulam bello deuinceret. Qua ex re athenienſes magnam gloriã ſunt adepti. Interim bellũ inter ægyptios & perſas cõflatũ ẽ:

& athenienſes cũ Artaxerxe ſocietatẽ hẽbãt: lacedæmonii cũ ægyptiis: a quibus magnas prædas Ageſilaus rex eorꝫ faciebat. Id intuens Chabrias cum in re nulla Ageſilao ceder& ſua ſponte eos adiutũ profectus ægyptiæ claſſi præfuit: pedeſtribus copiis Ageſilaus. Tũ præfecti regis perſæ legatos miſerũt athenas queſtum: quod Chabrias aduerſum regem bellũ gerer& cum ægyptiis: athenienſes diem certam Chabriæ præſtituerunt: quam ante domũ niſi rediſſ&: capitis ſe illum damnaturos denunciarũt. Hoc ille nuncio athenas rediit: neque ibi diutius eſt moratus q̃ fuit neceſſe. nõ enim libẽter erat ante oculos ciuium ſuorum: qꝫ & uiuebat laute: & indulgebat ſibi liberalius q̃ ut inuidiam uulgi poſſ& effugere. Eſt enim hoc commune uitiũ in magnis liberisqꝫ ciuitatibus: ut ĩuidia gloriæ comes ſit. Et libẽter de his detrahũt quos emergere uideant altius: neque animo æquo pauperes alienam opulentum ĩtuentur fortunam. Itaqꝫ Chabrias quoad ei licebat plurimum aberat. Neqꝫ uero ſolus ille aberat athenis libenter: ſed omnes fere principes fecerũt idem qꝫ tantum ſe ab inuidia putabant futuros quãtũ a conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaqꝫ Conon plurimũ cypri uixit: Iphicrates ĩ thracia: Timotheus leſbi: Chares in Sygæo. Diſſimilis quidem Chares horum & factis & moribus: ſed tamen athenis & honoratus & potẽs. Chabrias autem periit bello ſociali tali modo: oppugnabãt athenienſes Chium: erat in claſſe Chabrias priuatus: ſed oẽs qui in magiſtratu erant auctoritate anteibat: eũqꝫ magis milites q̃ qui præerant aſpiciebant. Quæ res ei maturauit mortem. Nam dum primus ſtud& portum intrare: gubernatorem iub& eo dirigere nauem: ipſe ſibi perniciei fuit. Cum enim eo penetraſſ&: cæteræ nõ ſũt ſecutæ. Quo facto circunfuſus hoſtium concurſu cum

fortiſſime pugnarent nauis roſtro ꝓcuſſa cœpit ſidere. Hinc cum refugere nõ poſſ& ſi ſe in mare deieciſſ& : q̃ ſuberat claſſis athenienſium quæ exciper& natantem: perire maluit q̃ armis abiectis nauem relinquere : in qua fuerat uectus . Id cæteri facere noluerẽt :qui nando in tutum peruenerunt . At ille præſtare honeſtã mortẽ exiſtimans turpi uitæ cominus pugnans telis hoſtium interterfectus eſt.

TIMOTHEI VITA.

TIMOTHEVS CONONIS FILIVS atheniẽſis hic a patre acceptam gloriã multis auxit uirtutibus. Fuit enĩ diſer/tus ĩpiger laborioſus rei militaris ꝓtus neque minus ciuitatis regendæ: multa huius ſũt præclare facta: ſed hæc maxĩe illuſtria. Olynthios & byzantios bello ſubegit. Samum cepit : in qua oppugnanda ſuperiori bello athenienſes mille & ducenta talenta cõſumpſerant. Id ille ſine ulla publica impenſa populo reſtituit : aduerſum Cotum bella geſſit : ab eoq; mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit . Cizicum obſidione liberauit . Ario/barzamũ ſimul cum Ageſilao auxilio ꝓfectus eſt: a quo cum Laco pecuniã numeratam accepiſſ&: ille ciuis ſuos agro atq; urbibus augeri maluit q̃ id ſumere cuius ꝓtẽ domum ſuam ferre poſſ& . Itaq; accepit Erichthonem & Seſtũ. Idẽ claſſi præfectus circunuehens pelopõneſũ Laconicem populatus claſſem eorum fugauit. Corcyrã ſub imperium athenienſium redegit :Sociosque idem adiunxit Epirotas Athamantias Chaonas omnesq; eas

gẽtes :q uæ mare illud adiacẽt. Quo facto lacedæmonii de diutina cõtẽtione deſtiterẽt:& ſua ſpõte atheniẽſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt : pacemq; his legibus cõſtituerũt:ut athenienſes mari duces eſſẽt. Quæ uictoria tantæ fuit atticis lætitiæ:ut tum primum aræ paci publice ſĩt factæ :eiq; deæ puluinar ſit iſtitutũ. Cuius laudis ut memoria maner& : Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt :qui honos huic uni ante id tempus contigit : ut cũ patri populus ſtatuã poſuiſſ&: filio quoq; dar& . Sic iuxta poſita recens filii ueterem patris renouauit memoriã . Hic cum eſſ& magno natu & magiſtratus gerere deſiſſ& :bello athenienſes undiq; premi ſũt cœpti:defecerat ſamus:deſcierat helleſpõtus. Philippus iam tunc ualens Macedo multa moliebatur: cui oppoſitus Chares cum eſſ& non ſatis in eo præſidii putabaẽ. Fit Meneſtheus prætor filius Iphicratis gener Timothei:& ad bellũ ꝓficiſciẽ:decerniẽ. Huic ĩ cõſiliũ dantur duo uſu & ſapientia præſtantes:quorũ conſilio uteretur pater & ſocer:quod in his tãta erat auctoritas: ut magna ſpes eſſ& per eos amiſſa poſſe recuperari. Hi cum Samum profecti eſſent & eodem Chares aduentu cognito cũ ſuis copiis ꝓficiſceretẽ :neqd abſẽte ſe geſtũ uideretur : accidit cum ad inſulam appropinquarent: ut magna tempeſtas oriretur:quam euitare duo ueteres imperatores utile arbitrati ſuam claſſem ſuppreſſerũt. At ille temeraria uſus ratione nõ ceſſit maiorum natu auctoritati:& in ſua manu eſſ& fortuna quo cõtederat peruenit. Eodemque ut ſequerentur ad Timotheum & Iphicratẽ nunciũ miſit . hinc male re geſta cõpluribus amiſſis nauibus eodem unde erat profectus ſe recepit: litterasq; athenas publice miſit ſibi ꝓcliue fuiſſe Samũ capere niſi a Tĩotheo & Iphicrate deſertus eſſ&. populus

acer ſuſpicax: ob eāq; rem mobilis aduerſarius inuidus etiam potentiæ in crimen uocabatur. domum reuocat: accuſantur ꝑditionis. Hoc iudicio dānatur Timotheus: lisq; eius æſtimatur centum talentis. Ille odio ingratæ ciuitatis coactus chalcidē ſe cōtulit. Huius poſt mortē cum populus iudicii ſui pœniteret & mulctæ nouem ꝑtis detraxit: & decem talenta Cononem filiū eius ad muri quandā partem reficiēdam iuſſit dare: in quo fortunæ uarietas ē animaduerſa. Nā quos auus Conon muros ex hoſtium præda patriæ reſtituerat: eoſdem nepos cū ſūma ignomīa familiæ ex ſua re faīliari reficere coactus eſt. Timothei autem moderatæ ſapientisque uitæ cum pleraq; poſſumus ꝑferre teſtimonia uno erimus cōtēti: quod ex eo facile coniici poterit q̄ carus ſuis fuerit. Cū athenis adoleſcētulus cauſam diceret: non ſolum amici priuatiq; hoſpites ad eum defendendum conuenerunt: ſed etiam in eis Laſon tyrannus qui illo tempore fuit omīum potētiſſimus. Hic cū in patria ſine ſatellitibus ſe tutū nō arbitraretur athenas ſine ullo præſidio ueīt: tantiq; hoſpitem fecit: ut mall & ſe capitis periculum adire q̄ Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc aduerſus tamen Timotheus poſtea populi iuſſu bellum geſſit: patriæ ſanctiora iura q̄ hoſpitii eſſe duxit. Hæc extrema fuit ætas imperatorum athenienſiū Iphicratis: Chabriæ: Timothei. Neq; poſt illorum obitum qſquā dux ī illa urbe fuit dignus memoria. Venio nūc ad fortiſſimum uirum maximiq; cōſilii oīum barbarorꝝ excēptis duobus carthaginēſibus Hamilchare & Hānibale. De quo hoc plura referemus: q̄ & obſcuriora ſunt eius geſta pleraq;: & ea quæ ꝑſpere ei ceſſerīt: nō magnitudīe copiarꝝ ſed cōſilii: quo tamē omnes ſuperabat acciderīt. Quorꝝ niſi rō explicata fuerit res apparere nō poterūt.

DATAMIS VITA.

DATAMES PATRE CAMISSARE natione Chare: matre Scythissa natus primum militum numero fuit apud Artaxerxem eo⁹ qui regiam tuebāt. pater eius Camissares quod & manu fortis & bello strenuus: & regi multis locis fidelis erat repertus habuit prouinciā ciliciæ iuxta cappadociam quā incolūt leucosyri. Datames militare munus fungens primum qualis esset & apparuit in bello quod rex aduersus gadusios gessit. Nanque hic multis milibus regio⁹ interfectis magni fuit eius opera. Quo factum est cū in eo bello cecidisset & Camissares paterna ei traderetur prouincia. Pari se uirtute postea præbuit: cū Androphrodates iussu regis bello psequeret eos qui defecerant. Nanque eius opera hostes: cum castra iam intrassent pfligati sunt: exercitusq; reliquus cōseruatus ē. Qua ex re maioribus rebus præesse cœpit. Erat eo tpre Thyus Dynastes Paphlagoniæ antiquo genere natus a Philimene illo quem Homerus troico bello & Patroclo interfectum ait. Is regis dicto audiēs nō erat: quam ob causam bello eum persequi constituit: eiq; rei præfecit Datamen propinquum. Paphlagonis nanque ex fratre & sororere erant nati. quam ob causā Datames primū experiri uolūit ut sine armis propinquum ad officium reducer&. Ad quē cum uenisset & sine præsidio quod ab amico nullas uereret insidias pene interiit. Nā Thyus eum clam interficere uoluit. Erat mater cum Datame amita Paphlagonis: ea quid ageretur resciit: filiumq; monuit. Ille fuga piculū euitauit: bellūq; indixit Thyo:

in quo cũ Ariobarzane præfecto lydiæ & ioniæ totiusq; phrygiæ deſertus eſſ& :nihilo ſegnius perſeuerauit:ui-uumq; Thyum cepit cum uxore & liberis:cuius facti ne prius fama ad regem quam ipſe peruenir& dedit opã. Itaq; omnibus inſciis eo ubi erat rex uenit :poſteroque die Thyum hominem maximi corporis terribiliq; facie quod & niger & capillo longo barbaq; erat ,plixa optĩa ueſte contexit:quam ſatrapæ regii gerere cõſueuerant: Ornauit etiã torque atq; armillis aureis:cæteroq; regio cultu:ipſe agreſti dupliciq; ãniculo circũdatus :hirtaq; tuĩca:gerẽs ĩ capite galeã uenatoriã:dextra manu clauã: ſiniſtra copulã qua uictũ ãte ſe Thyũ agebat:ut ſi ferã beſtiã captã ducer& . Quẽ cũ omnes ,pſpicerẽt propter nouitatẽ ornatus ignotamq; formam ob eamque rem magnus eſſ& concurſus:fuit nemo non qui agnoſcer& Thyum regi nunciar&:primo non ac credidit . Itaque Pharnabazum miſit exploratum:a quo ut rem geſtã comperit ſtatĩ admitti iuſſit magnopere delectatus cũ facto:tũ ornatu.In primis quod nõ uilis rex ĩ poteſtatẽ inopinanti uenerat .Itaq; magnifice Datamen donatũ ad exercitũ miſit:qui tũ contrahebaf duce Pharnabazo & Teutraſte ad bellum ægyptium:pariq; eum atq; illos imperio eſſe iuſſit .Poſtea uero q̃ Pharnabãzum rex re-uocauit illi ſumma imperii tradita eſt:hic cum maxĩo ſtudio comparar& exercitum : ægyptumque proficiſci parar& : ſubito a rege lr̃æ ſũt ei miſſæ:ut aſpim aggre-deref : q cataoniã tenebat : quæ gens iac& ſupra ciliciã confinis cappadociæ:nanq; aſpis ſaltuoſam regionem caſtellisq; munitam incolens non ſolum imperio regis non parebat:ſed etiã finitimis regiones uexabat:& quæ regi portarentur arripiebat . Datames &ſi longe aberat ab his regionibus & a minore re abſtrahebatur : tamen

regis uoluntati morem gerendum putauit. Itaq; cum paucis sed uiris fortibus nauem cõscendit: existimãs id quod accidit facilius se imprudẽtem parua manu oppressurũ q̃ paratum: q̃uis magno exercitu. Hac delatus in ciliciam egressus inde dies noctesque iter faciens taurum transiit: eoque quo studuerat uenit. Quærit quibus locis sit aspis: cognoscit haud longe abesse: profectumq; eum uenatũ: quẽ dũ speculatur: aduẽtus eius causa cognoscitur. Pisidas cum iis quos secum habebat ad resistendum aspis comparat. Id Datames ubi audiuit arma capit: suos sequi iub&: ipse equo concitato ad hostem uehitur: quem procul aspis conspiciens ad se ferentem pertimescit: atque a conatu resistendi deteritus se se dedit. Hũc Datames uinctum ad regem ducendum tradit Mithridati. Hæc dum geruntur Artaxerxes reminiscens a quanto bello ad quam paruam rem principem ducum misiss& se ipse reprehendit: & nuncium ad exercitum acrẽ misit: q̃ nondum Datamen profectum putabat: qui dicer& ne ab exercitu discẽder&. Hic priusquam peruenir& quo erat profectus: in itinere conuenit qui aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam beniuolentiam regis Datames consecutus ess& non minorem inuidiã aulicorum excepit: q̃ illum uiuum plurisq̃ se omnes fieri uidebant. Quo facto cuncti ad eum opprimẽdũ consenserunt: hæc Pandates gazæ custos regiæ amicus Datami perscripta ei mittit: ĩ quibus doc& eũ magno fore periculo siquid illo imperante in ægypto aduersi accidiss&. Nanq; eam esse consuetudinem regum: ut casus aduersos hominibus tribuant: secũdos fortunæ suæ. Quo facile fieri ut impellantur ad eorum pniciẽ: quorum ductu res male gestæ nuncientur. Illum hoc

maiore fore diſcrimine quod qbus rex maxīe obediat eos habeat inimiciſſimos. Talibus ille litteris cognitis cum iam ad exercitum acrem ueniſſ& quod nō ignorabat ea uere ſcripta deſiſcere a rege conſtituit. Neq; tamen quicq̄ fecit quod fide ſua eſſ& indignum. Nā Androdē magnetem exercitui præfecit. Ipſe cum ſuis in cappadociam diſcedit: cōiūctamque huic paphlagoniam occupat cælans qua uoluntate eſſ& in regem. Clam cū Ariobarzane facit amicitiam: manū cōparat: urbes munitas ſuis tuendas tradit. Sed hæc propter hyemale tempus minus proſpere ſuccedebant. Audit Piſidas quaſdam copias aduerſus ſe parare filium: eo Arſideum cum exercitu mittit. Cadit in prœlio adoleſcens: proficiſcitur eo pater non ita cū magna manu cælans quantum uulnus accepiſſ&: q; prius ad hoſtem peruenire cupiebat: q̄ de male re geſta fama ad ſuos peruenir& :ne cognita filii morte animi debilitarent militum. Quo contenderat peruenit: hisq; locis caſtra ponit: ut neq; circumiri multitudine aduerſariorum poſſ& :neq; impediri quo minus ipſe ad dimicādum manum haber& expeditā. Erat cū eo Metrobarzanes ſocer eius præfectus eqtum. Is deſperati generi rebus ad hoſtes tranſfugit. Id Datames ut audiuit: ſenſit ſi in turbam exiſſ& ab homīe tam neceſſario ſe relictū: futurum ut cæteri conſilium ſequerentur: in uulgus edit ſuo iuſſu Metrobarzanem profectum pro pfuga: quo facilius receptus interficer& hoſtes. Quare relīq eum non par eſſe: & omnes confeſtim ſequi: quod ſi animo ſtrenuo feciſſent: futurum ut aduerſarii non poſſent reſiſtere: cum & intra uallum & foris cæderēt. Hac re probata exercitum eduxit: Metrobarzanē perſequitur tantū: qui dū ad hoſtes peruenerat Datames

ſigna īferri iub&. Piſidæ noua re commoti in opini-
onem adducuntur perfugas mala fide compoſitoq;
feciſſe:ut recepti eſſent maiori calamitati: primum
eos adoriuntur. Illi cũ quid ageretur aut quare fier&
ignorarent coacti ſunt cum eis pugnare ad quos trā-
ſierant:ab hisque ſtare quos reliquerant. Quibus cũ
neutri parcerẽt celeriter ſũt conciſi. Reliquos piſidas
reſiſtentes Datames inuadit. Primo impetu pellit:
fugientes perſequitur:multos interficit:caſtra hoſtiũ
capit. tali conſilio uno tempore & proditores ꝓculit:
& hoſtis profligauit. Et quod ad ſuam perniciem
fuerat cogitatum:id ad ſalutem conuertit. Quo neq;
acutius ullius imperatoris cogitatum:neque celerius
factum uſquã legimus: ab hoc tamen uiro Sciſmas
maximo natu filius deſciit:& ad regem trāſiit: & de
defectione patris detulit. Quo nuncio Artaxerxes cõ-
motus quod intelligebat ſibi cũ uiro forti ac ſtrenuo
negocium eſſe: qui cum cogitaſſ& facere auder&: &
prius cogitare q̃ conari conſueſſ&. Androphrodatem
cappadociam mittit. hic ne intrare poſſ& ſaltum in
quo ciliciæ portæ ſunt ſitæ: Datames præoccupare
ſtuduit. Sed tam ſubito copias contrahere nõ potuit:
a qua re depulſus cum ea manu quam contraxerat
locum delegit talem: ut neq; circũiretur ab hoſtibus:
neque præterir& aduerſarius:quin ancipitibus locis
premeretur:& ſi dimicare eo uell& non multũ obeſſe
multitudo hoſtium ſuæ paucitati poſſ&. Hæc &ſi
Androphrodates uidebat: tamẽ ſtatuit congredi q̃ cũ
tantis copiis refugere: aut tam diu uno loco ſedere:
habebat barbarorum equitum uiginti:peditum cẽtũ
milia:quos illi Gardates appellant: eiuſdẽq; generis

.iii.funditorꝝ.Præterea cappadocum.viii.armeniorũ decem:paphlagonum quinque:phrygum decem :lydorum quinque :aſpendiorum & piſidarum circiter tria:cilicum duo:captianorum totidem:ex græcia cõductorũ tria milia:leuis armaturæ maximũ numerꝝ: Has aduerſus copias ſpes omnis conſiſtebat Datami in ſe:locique natura.Nanq; huius partem non hẽbat uigeſimam militum.Quibus fretus conflixit :aduerſariosq; multa milia cõcidit :cum de ipſius exercitu non amplius hominum mille cecidiſſ& . Quam ob cauſam poſtero die trophæũ poſuit :quo loco pridie pugnatum .Hic cum caſtra mouiſſ& inferior copiis ſuperior omnibus prœliis diſcederet : q̃ nunquam manum conſerer& niſi aduerſarios locorum ãguſtiis clauſiſſ& : quod perito regionum callideq; cogitanti ſæpe accidebat . Androphrodates cum bellum duci maiore regis calamitate q̃ aduerſariorum uider& : pacemq; atque amicitiam hortatus eſt : ut cum rege in gratiam redir& . Quam ille &ſi non fidam fore putabat :tamen conditionem accepit:ſeque ad Artaxerxem legatos miſſurum dixit.Sic bellum quod rex aduerſus Datamen ſuſceperat ſedatum.Androphrodates in phrygiam ſe recepit .At rex quod ĩplacabile odiũ in Datamen ſuſceperat:poſtq̃ bello eũ opprimi non poſſe animaduertit:inſidiis interficere ſtuduit: quas ille pleraſque uitauit : Sicut cum nunciatum eſſ& quoſdam ſibi inſidiari qui in amicorum erant numero:de quibus quod inimici detulerant :neque credendum : neque negligendum putauit : experiri uoluit:uerum falſum ne ſibi eſſ& relatum . Itaque eo profectus ẽ : in quo itinere futuras inſidias eueĩre

dixerant.Sed elegit corpore ſtatura ſimillimum ſui: eiq; ueſtitum ſuum dedit:atque eo loco ire quo ipſe conſueuerat iuſſit.Ipſe autẽ ornatus ueſtitu militari inter corporis cuſtodes iter facere cœpit. At inſidiatores poſtq̃ in eum locum agmen peruenit decepti ordine atque ueſtitu in eum faciunt impetum qui ſuppoſitus erat.Prædixerat autem his Datames cum quibus iter faciebat:ut parati eſſent facere quod ipſũ uidiſſent.Ipſe ut cõcurrentis inſidiatores aĩaduertit tela in eos coniecit.hoc idem cum uniuerſi feciſſent priusq̃ peruenirent ad eum quem aggredi uolebant: confixi ceciderunt:hic tamẽ tam callidus uir extremo tempore captus eſt: Mithridatis Ariobarzanis filii dolo.Nanque is pollicitus eſt regi ſe eum ĩterfectuꝝ ſi ei rex promitter& : ut quodcunq; uell& licer& impune facere : fidemq; de ea re more perſarum dextra dediſſ&.Hanc ut recepit a rege miſſam copias parat: & abſens amicitiã cum Datame fecit:regis prouinciã uexat: caſtella expugnat :magnas prædas capit:quarum partẽ ſuis diſpertit : partem ad Datamẽ mittit: pari modo cõplura caſtella ei tradit. hæc diu faciẽdo perſuaſit homini ſe infinitũ aduerſus regẽ ſuſcepiſſe bellum:cũm nihilo magis nequam ſuſpicionem illi præber& inſidiarum:neque colloquium eius petiuit: neque in conſpectum uenire ſtuduit. Sic abſẽs amicitiam gerebat:ut non beneficiis mutuis:ſed odio cõi quod erga regẽ ſuſceperant cotineri uiderentur.Id cũ ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt : certiorem facit Datamen tempus eſſe maiores exercitus parari: & bellum cum rege ſuſcipi:de qua re ſi ei uideret quo uell& in colloquium uenir&. Probata re colloquẽdi

tempus ſumitur: locusque quo conueniretur. Huc Mithridates cum uno cui maximam habebat fidem ante aliquot dies uenit: compluribus que locis ſeparatim gladios obruit: eaque loca diligenter notat. Ipſo autem colloquendi die utrique locum qui explorarent: atque ipſos ſcrutarentur mittunt. Deinde ipſi ſunt congreſſi. Hic cum aliquādiu in colloquio fuiſſent: & diuerſi diſceſſiſſent: iāq; procul Datames abeſſ&: Mithridates priuſq̄ ad ſuos peruenir& nequā ſuſpicionem parer& in eundem locum reuertitur: atque ibi ubi telum erat impoſitum reſedit: ut ſi laſſitudine cuper& acquieſcere: Datamenque reuocauit ſimulans ſe quodam in colloquio eſſe oblitū: interim telum quod latebat protulit: nudatumque uagina ueſte texit: ac Datami uenienti ait digrediendum: ſe animaduertiſſe locum quendā qui erat in conſpectu ad caſtra ponenda eſſe idoneum. Quem cum digito mōſtrar&: & ille conſpicer&: auerſum ferro trāſſixit: priuſq; q̄ quiſquam poſſ& ſuccurrere interfecit: ita ille uir qui multos conſilio: neminē perfidia ceperat ſimulata captus eſt amicitia.

DATAMIS VITA FELICITER FINIT.

EPAMINVNDAE VITA.

EPAMINVNDAS POLYMNI filius Thebanus. de hoc priuſq̃ ſcribamus hæc præcipienda uident lectoribus ne alienos mores ad ſuos referant: neue ea quæ ipſis leuiora ſũt: pari modo apud cæteros fuiſſe arbitrentur. Scimus enim muſicen noſtris moribus abeſſe a principis perſona. Saltare etiã in uitiis poni. Quæ omnia apud græcos & grata & laude digna dicuntur. cum autem exprimere imaginẽ cõſuetudinis atq; uitæ uelimus Epaminũdæ nihil uidemur debere prætermittere quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere eius: deinde q̃bus diſciplinis: & a quibus ſit eruditus. Tum de moribus ingeniique facultatibus: & ſiqua alia digna memoria erunt. Poſtremo de rebus geſtis quæ plurimis oĩum anteponuntur uirtutibus. Natus igitur patre quo diximus honeſto genere pauper iam a maioribus relictus. Eruditus autem ſic: ut nemo thebanus magis. Nam & ☉itarizare & cantare ad cordarum ſonum doctus eſt a Dionyſio qui nõ minore fuit: in muſicis gloria q̃ Damon aut Lampus: quorum peruulgata ſũt nomina. carmina cãtare tibiis ab Olymprodoro. Saltare a Calphrone: At philoſophiæ præceptorem habuit Lyſiam Tarentinũ Pythagoreum: cui quidem ſic fuit deditus: ut adoleſcens triſtem & ſeuerũ ſenẽ omĩbus æqualibus ſuis in familiaritate ãtepoſuerit. Neque prius eum a ſe dimiſerit q̃ doctrinis tanto

anteceſſit condiſcipulos:ut facili intelligi poſſ& pari
modo ſuperaturū omnes in cæteris artibus.Atq; hæc
ad noſtram conſuetudinem ſunt leuia & potius con/
temnēda.At in græcia utique olim magnæ laudi erāt.
Poſtq̄ ephebus factus ē:& palæſtræ dare operā cœpit:
non tam magnitudini uirium ſeruiuit q̄ uelocitati:
illam enim ad atlæthaz uſū:hāc ad belli exiſtimabat
utilitatem pertinere . Itaque exerçebatur plurimum
currendo & luctando ad eum finem : quoad ſtans
complecti poſſ& atque contēdere . In armis plurimū
ſtudii conſumebat :ad hanc corporis firmitatē plura
etiam animi bona acceſſerant .Erat enim modeſtus:
prudens:grauis:temporibus ſapienter utens:peritus
belli fortis manu animo maximo:adeo ueritatis dili/
gens:ut nec ioco quidem mentiretur .Idem contīnēs
clæmens patiensq; admirandum in modum:nō ſolū
populi ſed etiam amicoz ferens iniurias:in primiſq;
commiſſa cælans.Quod interdum non minus ꝑdeſt
q̄ diſerte dicere ſtudioſus audiendi . Ex hoc enim fa/
cillime diſci arbitrabatur.Itaq; cum in circulū ueīſſ&
in quo aut de republica diſputaret :aut philoſophia
ſermo haberetur nunq̄ inde prius diſceſſit q̄ ad finē
ſermo eſſ& deductus .Paupertatē adeo facile ꝑpeſſus
eſt:ut de republica nihil præter gloriam cœperit:ami/
corum in ſe tuendo caruit facultatibus :fide ad alios
ſubleuandos ſæpe ſic uſus eſt:ut poſſit iudicari omīa
ei cum amicis fuiſſe communia.Nam cum aut ciuiū
ſuorum aliquis ab hoſtibus fuiſſ& captus :aut uirgo
amici nubilis : quam propter paupertatem collocare
non poſſ&:amicorum cōſilium habebat : & quātum
quiſque dar& pro facultatibus imperabat ; eamque

ſummam cum facer& priusq̄ acciper& pecuniam adducebat:eū qui quærebat ad eos qui cōferebāt:eiq; ut ipſi numerarent faciebat : ut ille ad quem ea res perueniebat ſcir& quantum cuiq; deber& . Tentata auté eius ē abſtinétia a Diomedonte ciziceno .Nāq; is rogatu Artaxerxis Epaminundam pecunia corrū-pendum ſuſceperat . Hic magno cum pondere auri Thebas uenit:& Michitum adoleſcentulum quīque talentis ad ſuam perduxit uoluntatem: quem tum Epaminūdas plurimum diligebat.Michitus Epami-nudam conuenit:& cauſam aduentus Diomedontis oſtendit .At ille Diomedonte corā nihil inquit opus pecunia ē .Nā ſi ea rex uult quæ thebanis ſint utilia gratis facere ſum paratus . Sin autem contraria:non hab& auri atque argenti ſatis : nanq; orbis terrarum diuitias accipere nolo pro patriæ caritate. Tu qui me incognitum tentaſti:tuique ſimilem exiſtimaſti :nō miror : tibi ignoſco . Sed egredere propere : ne alios corrumpas cum me nō potueris .i:tu Michite argētū huic redde :aut niſi id confeſtim facis:ego te tradam magiſtratui .Hūc Diomedon cū rogar&:ut tuto exi-r& ſuaque quæ attuliſſ& licer& efferre : iſtud inquit faciam:neq; tua cauſa ſed mea : ne ſi tibi ſit pecunia adempta aliquis dicat id me ereptū ꝓueniſſe : quod delatum accipere noluiſſem :a quo cū quæſiſſ& quo ſe duci uell&:& ille athenas dixiſſ& :præſidiū dedit: ut tuto peruenir& . Neque uero id ſatis habuit : ſed etiam ut inuiolatus in nauem aſcēder& per Chabriā athenienſem de quo ſupra mentionē fecimus.Abſti-nentiæ erit hoc ſatis teſtimonium:plurima quidem ꝓferre poſſemus:ſed modus adhibendus eſt: quoniā

uno hoc uolumine uitā excellētium: uirorū cōpluriū concludere: quorū ſeparatī multis milibus uerſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt. Fuit & diſertus: ut nemo thebanus par eſſ& eloquentia: neque minus concinnus in breuitate reſpondendi q̄ in perpetua oratione ornatus. habuit obtrectatorē Menedidem quendam indidem thebis aduerſarium in adminiſtranda republica ſatis exercitatum in dicē/ do: ut thebanum ſcilic&. Nanque illi genti plus īeſt uirium q̄ ingenii. Is quod in re militari florere Epa/ minundam uidebat hortari ſolebat thebanos: ut pacē bello anteferrent: ne illius imperatoris opera deſide/ raretur. Huic ille fallis inquit uerbo ciuis tuos ꝙ hos a bello euocas. Ocii enim nomīe ſeruitutem cōcilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diutina uolūt frui: bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes græciæ eſſe uultis caſtris eſt uobis utēdū nō palæſtra. Idem ille Menedides cum huic obiiceret quod liberos non haber& neque uxorem duxiſſ&: maximeque in/ ſolentia ꝙ ſibi Agamemnonis bello gloriam uideret cōſecutus. At ille deſine inquit Menedida de uxore mihi exprobrare. Nam nullius in iſta re minus q̄ tuo uti conſilio uolo. Hēbat enim Menedides ſuſpicionē adulterii. ꝙ autem me Agamemnonē æmulari putas falleris. Nanque ille cum uniuerſa græcia uix decem annis unam cepit urbem: ego contra ex una urbe nr̄a dieque uno totam græciam lacedæmoniis fugatis li/ beraui. Idem cum in conuentum ueniſſ& arcadum petens ut ſocietatem cum thebanis & argiuis facerēt: contra Calliſtratus atheniēſiū legatus qui eloquētia omnes eo præſtabat tempore poſtular&: ut potius

amicitias ſequerentur atticorum : & in oratione ſua
multa inuectus eſſ& in thebanos & argiuos :in eisq;
hoc poſuiſſ& animaduertere debere arcadas quales
utraque ciuitas ciuis procreaſſ&:ex quibus de cæteris
poſſent iudicare. Argiuos enim fuiſſe Oreſtem & Al-
cineonẽ matricidas : thebis Oedipum natum:qui cũ
pr̃em ſuũ ĩterfeciſſ&:ex mr̃e liberos,pcreaſſ&.huic in
reſpõdẽdo Epaminũdas cũ de cæteris ꝑoraſſ&:poſtq̃
ad illa duo obprobria ꝑueĩt admirari ſe dixit ſtultitiã
rhetoris Attici :q nõ aĩaduerterit ĩnocẽtes illos natos
domi ſcelere admiſſo cũ patria eſſent pulſi receptos
eſſe ab athenienſibus . Sed maxime eius eloquentia
eluxit ſpartæ:quo cum omnium ſociorum cõueĩſſẽt
legati coram frequentiſſimo legionum conuentu ſic
lacedæmoniorum tyrannidem coarguit : ut non mi-
nus illa oratione opes eorum concuſſerit q̃ leuctrica
pugna . Tum enim perfecit quod poſt apparuit:ut
auxilio ſociorum lacedæmonii priuarentur:fuiſſe aũt
patientem : ſuorumq; iniurias ferentem ciuiũ quod
ſe patriæ iraſci nefas eſſe ducer&:hæc ſunt teſtimoĩa.
cum eum propter inuidiam ciues præficere uoluiſſẽt:
duxque eſſ& delectus belli imperitus:cuius errore eo
eſſ& deducta res illa militum : ut omnes de ſalute
pertimeſcerent:q; locorũ anguſtiis clauſi ab hoſtibus
obſidebantur deſiderari cœpta eſt Epaminundæ dili-
gentia .Erat enim ibi priuatus numero militis.A quo
cum peter& opem nullã adhibuit memoriam contu-
meliæ.Et exercitum obſidiõe liberatũ domũ reduxit
incolumem .Neque uero hoc ſemel fecit ſed ſæpius.
Maxime autem fuit illuſtre cum in peloponneſum
exercitum duxiſſ& aduerſus lacedæmonios:hẽr&que

collegas ſuos quorum alter erat Pelopidas uir fortis ac ſtrenuus:hic cum criminibus aduerſariorum omẽs in inuidiam ueniſſent : ob eamque rem imperium his eſſ& abrogatũ :atq; in eorum locum alii prætores ſucceſiſſent : Epaminundas plebiſcito non paruit. Idemque ut facerent perſuaſit collegis:& bellũ quod ſuſceperat geſſit.Nãq; animaduertebat ubi id feciſſ& totum exercitum propter prætorum imprudentiam inſcitiãq; belli periturum .lex erat thebis quæ morte mulctabat : ſiquis īperium diutius retinuiſſ& q̃ lege præfinitum for&. Hanc Epaminundas cum reipu. cõſeruandæ cauſa latam uider& ad pernicié ciuitatis conferre noluit : & quattuor menſibus diutius q̃ populus iuſſerat geſſit imperium.Poſtq̃ domum reditũ eſt:collegæ eius hoc crimine accuſabantur . Quibus ille permiſit ut omnem cauſam in ſe trãſferrẽt :ſuaq; opera factum contenderent :ut legi non obedirent. Qua defenſione illis periculo liberatis nemo Epaminundam reſpõſurum putabat:quod quid dicer& nõ haber&.At ille in iudicium uenit.Nihil eor negauit quæ aduerſarii crimini dabant:omniaq; quæ collegæ dixerant confeſſus é:neq; recuſauit quo minus legis pœnam ſubir&.Sed unum ab his petiuit : ut in periculo ſuo inſcriberent :Epaminũdas a thebanis morte mulctatus é:quod eos coegit apud leuctram ſupare lacedæmonios:quos ante ſe imperatorem nemo boetiorum auſus fuit aſpicere.In acie quoq; uno prœlio non ſolũ thebas ab interitu retraxit:ſed etiã uniuerſã græciam in libertatem uendicauit. Eoq; res utrorũq; perduxit:ut thebani ſpartã oppugnarent.Lacedæmonii ſatis haberent ſi ſalui eſſe poſſent : neque prius

bellare deſtitit q̃ Meſſane conſtituta urbem eorum obſidione clauſit. Hæc cum dixiſſ& riſus omnium cũ hilaritate coortus eſt :neque quiſquam iudex auſus eſt ferre ſuffragium . Sic a iudicio capitis maxima diſceſſit gloria. Hic extremo tẽpore imperator apud Mantineam cũ acie ĩſtructa audacius inſtar& hoſtibus cognitus a lacedæmoniis quod in unius pernicie eius patriæ ſitam putabant ſalutem: uniuerſi in unũ impetum fecerunt. Neq; prius abſceſſerunt q̃ magna cæde multisque occiſis ipſũ Epaminundã pugnantẽ ſparo eminus percuſſum concidere uiderunt . Huius cã aliq̃tũ retardati ſũt boetii. Neq; tamẽ prius pugna exceſſerẽt q̃ repugnantes profligarẽt. At Epaminundas cum animaduerter& mortiferum ſe uulnus accepiſſe ſimulque ſi ferrum quod ex haſtili in corpore remãſerat extraxiſſ& animam ſtatim amiſſurum : uſq; eo retinuit quoad renunciatum eſt uiciſſe boetios . Id poſtq̃ audiuit ſatis inquit uixi: inuictus enĩ morior. Tum ferro extracto confeſtim exanimatus eſt . Hic uxorem nunq̃ duxit . In quo cũ reprehẽderetur quod liberos non relinquer& a Pelopida qui filium hẽbat infamem maleq; eum in eo patriæ conſulere dicer&: uide inquit ne tu peius cõſulas qui talem ex te natũ relicturus ſis. Neque uero ſtirps mihi poteſt deeſſe. Nanque ex me natam relinquo pugnam leuctricam: quæ non modo mihi ſuperſtes ſed etiam immortalis ſit neceſſe eſt. Quo tempore duce Pelopida exules thebas occuparunt :& præſidium lacedæmoniorum ex arce expulerunt. Epaminundas q̃ diu facta ẽ cædes ciuium domũ ſe retinuit : q; neque malos defendere uolebat: neq; impugnare :neq; manus ſuorũ ſãguine

. Hō.

cruentare. Nanque omnem ciuilem uictoriã funeſtã putabat. Idemque poſtq̃ academiam pugnare cum lacedæmoniis cœpit in primis ſtetit. Huius de uirtutibus uitaque ſatis erit dictum ſi hoc unũ adiunxero quod nemo eat inficias thebas & ante Epaminundã natum: & poſt eiuſdem interitum perpetuo alieno paruiſſe imperio. Cum ea q̃ diu ille præfuerit reipu. caput fuiſſe totius græciæ: ex quo intelligi poteſt unũ hominem pluris q̃ ciuitatem fuiſſe.

EPAMINVNDAE VITA FELICITER FINIT.

PELOPIDAE VITA.

PELOPIDAS THEBANVS MAgis hiſtoriis q̃ uulgo notus: cuius de uirtutibus dubito quẽadmodũ exponam: q̃ uereor ſi res explicare incipiam non uitam eius enarrare ſed hiſtoriam uidear ſcribere: ſi tãtummodo ſummas attigero: ne rudibus litterarum græcarum minus lucide appareat quantus fuerit ille uir. Itaque utrique rei occurram quantum potero: & medebor: cum ſacietati: tum ignorantiæ lectorum. Phebidas lacedæmonius cum exercitum olynthum

ducer&:iterque per thebas facer&:arcem oppidi quæ cadmea nominatur occupauit:impulſu per paucorũ thebanorum qui aduerſariæ factioni quo facilius re/ ſiſterent laconum rebus ſtudebant. Idq; ſuo priuato non publico fecit conſilio:quo facto eũ lacedæmonii ab exercitu remouerunt:pecuniaq; mulctarunt:neq; eo magis arcem thebanis reddiderunt: ꝙ ſuſceptis inimicitiis ſatius ducebant eos obſideri q̃ liberari. Nam Peloponneſum bellum athenasque deuictas: cum thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant:& eos eſſe ſolos qui aduerſus reſiſtere auderét. Hac mẽte amicis ſuis ſummas poteſtates dederant:alterius factionis principes partim interfecerãt:alios in exiliũ eiecerãt: in qbus Pelopidas hic de quo ſcribere exorſi ſumus pulſus patria carebat. Hi omnes fere athenas ſe con/ tulerant:non ut ſequerentur ocium:ſed ut quenque ex proximo locum fors optuliſſ& eo patriã recupare niteretur. Itaque cum tempus eſt uiſum rei gerendæ communiter cum his qui thebis idem ſentiebant diẽ delegerunt ad inimicos opprimendos:ciuitatemque liberandam eum:quo maximi magiſtratus ſimul cõ/ ſueuerant epulari. Magnæ ſæpe res non ita magnis copiis ſuſſit geſtæ. Sed profecto nunq̃ ab tam tenui initio tantæ opes ſunt profligatæ. Nam duodecim adoleſcẽtuli coierunt ex his qui exilio erãt mulctati: cum omĩno non eſſent amplius centum:qui tanto ſe offerrent periculo:qua paucitate percuſſa eſt lacedæ/ moniorum potentia. Hi enim nõ magis aduerſariox/ factionis q̃ ſpartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius græciæ: quorum imperio maieſtas:neque ita multo poſt leuctricam pugnam

ab hoc initio perculsa cecidit. Illi igit̃ duodecim quorũ erat dux Pelopidas: cum athenis interdiu exiſſent ut ueperaſcente cælo thebas poſſent peruenire: cum canibus uenaticis exierunt retia ferentes ueſtitu agreſti: quo minore ſuſpicione facerent iter: qui cum tempore ipſo quo ſtuduerant peruenisſent: domũ Caronis deuenerẽt: a quo & tempus & dies erat datus. Hoc loco lib& interponere &ſi ſeiunctum a re poſita eſt: nimia fiducia q̃tæ calamitati ſoleat eſſe. Nam magiſtratuum thebanorũ ſtatim ad aures peruenit: exules in urbem deueniſſe: id illi uino epulisque dediti uſque eo deſpexerunt: ut ne quærere quidẽ de tanta re laborarint. Acceſſit etiã quod magis apir& eoꝝ demẽtiã. Allata ẽ enĩ epiſtola athenis ab Archĩo uno tyſarchiæ q tũ maximũ magr̃atũ thebis optinebat: in qua omnia de profectione exulum ſcripta erant. Quæ cum iam accubanti in conuiuio eſſ& data ſicut erat ſignata in puluinum ſubiiciens: in craſtinum inquit differo res ſeueras. At illi omnes cum iam nox proceſſiſſ& uinolenti ab exulibus duce Pelopida ſunt interfecti. Quibus rebus confectis uulgo ad arma libertatemque uocato non ſolum qui in urbe erant: ſed etiã undique ex agris concurrerũt: præſidiũ lacedæmonioꝝ ex arce pepulerũt: patriã obſidione liberarunt: auctores cadmeæ occupandæ partim occiderunt: partim in exilium eiecerunt. Hoc tam turbido tempore ſicut ſupra docuimus: Epaminũdas quoad cum ciuibus dimicatũ eſt domi quietus fuit. Itaq; hæc liberandarum thebarũ propria laus eſt Pelopidæ. Cæteræ fere omnes cõmunes cum Epaminunda. Nanq; leuctrica pugna imperatore Epaminunda: hic fuit delectæ manus quæ prima phalangem proſtrauit laconum: omĩbus præterea periculis affuit. Sicut ſpartam cùm oppugnauit alterum tenuit

cornu : quoque Messena celerius restitueretur legatus in persas est profectus . Deniq; hæc fuit altera persona thebis : sed tamen secunda ita ut proxima essꝫ Epaminundæ . Conflictatus autem est cum aduersa fortuna. Nam & initio sicut ostendimus exul patria caruit : & cum thessaliam in potestatem thebanorum cuperꝫ redigere legationisq; iure satis tectũ se arbitraretur : quod apud omnes gentes factum esse consuessꝫ : a tyranno Alexandro Pheræo simul cum Hismenia cõprehensus in uincla coniectus est . Hunc Epaminundas recupauit bello persequens Alexandrum. Post id factum nunquã is animo placari potuit in eum : a quo erat uiolatus. Itaq; persuasit thebanis ut subsidio thessaliæ ꝓficiscerentur : tyrãnosque eius expellerent . Cuius belli cum ei summa essꝫ data : eoque cum exercitu profectus essꝫ : non dubitauit simulac conspexit hostem confligere : in quo prœlio Alexandrum ut animaduertit incensus ira equum in eum concitauit : proculque digressus a suis coniectu telorum cõfossus cecidit. Atq; hoc secũda uictoria accidit. Nam iam inclinatæ erant tyrannorum copiæ . Quo facto omnes thessaliæ ciuitates interfectũ Pelopidã coronis aureis & statuis æneis : liberosq; eius multo agro donarunt.

AGESILAI VITA.

AGESILAVS LACEDAEMONIus cum a cæteris scriptoribus : tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est. eo enim usus est familiarissime . Hic primum de regno cum leutychide frĩs filio habuit cõtẽtionẽ.

Mos eſt enī a maioribus lacedæmoniis traditus ut duos haberent ſẽper reges noĩne magiſ q̄ imperio ex duabus familiis Procli & Eriſthenis: qui principes ex progenie Herculis ſpartæ reges fuerūt: horum ex altera ī alterius familiæ locū fieri nō licebat. Itaq; uterq; ſuū retinebat ordinem. Primum ideo habebatur qui maximus natu eſſ& ex liberis eius qui regnans deceſſiſſ&: ſin is uirilẽ ſexum non reliquiſſ&: tum deligebatur qui proximus eſſ& propīquitate. Mortuus erat Agis rex frater Ageſilai: filium reliquerat Leutychidẽ quem ille tnaum non agnorat. Eundẽ moriens ſuū eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo cõtẽdit. Neq; id quod petiuit conſecutus eſt. Nam Lyſãdro ſuffragante hoĩe ut oſtendimus ſupra factioſo & his temporibus potẽte Ageſilaus ãte latus ẽſt. hic ſimulac imperii potitus eſt pſuaſit lacedæmoniis ut exercitum emitterent in aſiã: bellumque regi facerent docens ſatius eſſe in aſia q̄ in europa dimicare. Nanque fama exierat Artaxerxem cõparare claſſem: pedeſtrisque exercitus quos in græciam mitter&. Data poteſtate tanta celeritate uſus ẽ ut prius in aſiam cum copiis ꝑuenerit q̄ regii Satrapæ eũ ſcirẽt profectum. Quo factum eſt ut oẽs īperatores īparatos imprudenteſq; offender&. Id ut cognouit Tiſaphernes qui ſummum imperium tum inter præfectos habebat regios inducias a Licone petiuit: ſimulans ſe dare opã ut lacedæmoniis cum rege conuenir&: re autẽ uera ad copias cõparandas: eaſq; īpetrauit Trimeſtris. Iurauit autem uterq; ſe ſine dolo inducias cõſeruaturũ: in qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus: contra ea Tiſaphernes nihil aliud q̄ bellũ comparauit. Id etſi ſẽtiebat Laco: tamẽ iuſiurãdũ ſeruabat multumq; in eo cõſeq ſe dicebat q̄ Tiſaphernes ꝑiurio ſuo & hoĩes ſuis rebus

abalienar&:& deos ſibi iratos redder&. Se aũt ſeruata religione cõfirmare exercitum: cum aĩaduerter& deos⁊ numen facere ſecũ homineſq⁊ ſibi cõciliari amitiores: q⁊ his ſtudere conſueſſent: quos cõſeruare fidem uider&. Poſtq̃ inducíarum preteriit dies: barbarus non dubitãs q⁊ ipſius erãt plurima domicilia in caria: et ea regio his tẽporibus multo putabat locupletiſſima eo potiſſimũ hoſtis ĩpetũ facturos: omnes ſuas copias eo cõtraxerat. At Ageſilaus in phrygiam ſe conuertit: eãque prius depopulatus eſt: q̃ Tiſaphernes uſq̃ ſe mouer&. Magna præda militibus locupletatis epheſum hyematum exercitum reduxit: atque ibi officinis armorum inſtitutis magna ĩduſtria bellũ parauit: & quo ſtudioſius armarẽtur inſigniuſq⁊ ornarẽt premia ꝓpoſuit: qbus donarẽt: quorum egregia in ea re fuiſſ& induſtria. Fecit idem in exercitationum generibus ut qui cæteris præſtitiſſent: eos magnis afficer& muneribus. His igitur rebus effecit ut & ornatiſſimum & exercitatiſſimũ haber& exercitũ. Huic cũ tempus eſſ& uiſum copias extrahere ex hybernaculis: uidit ſiquo eſſ& iter facturus palã ꝓnunciaſſ& hoſtis non credituros: aliaſq⁊ regiones occupaturos: nec dubitaturos aliud eſſe facturum ac ꝓnunciaſſ&. Itaque cum ille ſardis ſe iturum dixiſſ&: Tiſaphernes eandem cariam defendendam putauit. In quo cum eũ opinio fefelliſſ& uictũq⁊ ſe uidiſſ& conſilio ſero ſuis præſidio profectus eſt. Nã cum illo ueniſſ& iã Ageſilaus multis locis expugnatis magna erat præda potitus. Laco autẽ cum uideret hoſtes equitatu ſuperare nunq̃ in cãpo ſui fecit poteſtatem: & his locis manum conſeruit: quibus plus pedeſtres copiæ ualerent. pepulit ergo quotiẽſcũq⁊ cõgreſſus eſt multo maiores aduerſariorũ copias: & ſic in aſia uerſatus eſt: ut oĩum opinioẽ uictor duceretur.

Hic cum animo meditaretur ꝓficiſci in ꝑſas: & ipſum regem adoriri: nuncius ei domo uenit: ephorum iuſſu bellū athenienſes: et boetes īdixiſſe lacedæmoniis: quare ueīre nō dubitaret. In hoc nō minus eius pietas ſuſpiciēda ē q̄ uirtus bellica. qui cum uictori præeſſet exercitui maximamq; haberet fiduciam: regni perſarū potiūdi tāta modeſtia dicto audiēs fuit iuſſis abſētiū magīratuū: ut ſi priuatus in comitio eſſet ſpartæ: cuius exēplum utinā īpatores nr̄i ſeq uoluiſſent: ſed illuc redeaūs Ageſilaus opulētiſſīo regno præpoſuit bonā exiſtīatioēm: multoq; glorioſius duxit ſi inſtitutis patriæ paruiſſ& q̄ ſi bello ſupaſſet aſiam. Hac igitur mente helleſpōtū copias traiecit: tātaque uſus eſt celeritate ut quod iter Xerxes āno uertēte cōfecerat: hic trāſierit trigīta diebus. Cum iam haud longe abeſſ& a pelopōneſo obſiſtere ei conati ſunt athenienſes & boetii cæteriq; eorum ſocii apud coroneam quos omnes graui prœlio uicit. Huius uictoriæ uel maxīa fuit laus quod cū plerique ex fuga ſe in tēplum mineruæ conieciſſent: quærereturq; ab eo quid his fieri uell&: & ſi aliquot uulnera acceperat eo prœlio & iratus uidebatur omnibus q̄ aduerſus arma tulerant: tamen antetulit ire religionem & eos uetuit uiolari. Neq; hoc ſolum in græcia fecit ut templa deoꝝ ſancta haberet: ſed etiā apud barbaros ſumma religiōe oīa ſimulacra araſq; cōſeruauit. Itaq; prædicabat mirari ſe non ſacrilegorū numero haberi qui ſupplicibus eoꝝ nocuiſſēt: aut nō grauioribus pœnis affici q̄ religionē minuerint: q̄ qui phana ſpoliarent. Poſt hoc prœlium collatum eſt omne bellum circa corinthum. Ideoque corinthum eſt appellatum. Hic cum una pugna decem milia hoſtiū Ageſilao duce cecidiſſent eoq; facto opes aduerſariorum debilitatæ uiderentur: tātum abfuit ab

ísolentia gloriæ: ut commiseratus sit fortunam græciæ quod tã multi a se victi uitio aduersariorũ cõcidissẽt. Nãq; illa multitudĩe si sana mẽs essẽ& græciæ suppliciũ persas dare potuisse. Idẽ cum aduersarios intra mœnia cõpulisse&: & ut corinthum oppugnar& multi hortarẽt: negauit id suæ uirtuti conuenire. Se enim eũ esse dixit qui ad officium peccantis redire coger&: non q urbes nobilissimas expugnar& græciæ. Nam si inquit eos extĩguere uoluerimus qui nobiscum aduersus barbaros steterẽt: nosmet ipsi nos expugnaueriũs illis qescẽtibus. Quo facto sine negocio cum uoluerĩt nos oppriment. Interĩ accidit illa calamitas apud leuctrã lacedæmoniis quo ne ꝓficiscerẽt cũ a pleriscq; ad exeũdum premerẽt: ut si de exitu diuiãret exire noluit. Idẽ cũ Epaminũdas spartam oppugnar&: essetq; sine muris oppidũ talẽ se imꝑatorẽ præbuit: ut eo tempore omnibus apparuerit nisi ille fuiss& spartam futuram non fuisse: in quo qdẽ discrimine celeritas eius consilii saluti fuit uniuersis. Nam cum quidam adolescẽtuli hostium aduentu perteriti ad thebanos transfugere uellent: et locum extra urbẽ editum cœpissẽt: Agesilaus qui pernicioſissimum fore uider& si animaduersũ ess& quenq̃ ad hostes trãsfugere conarĩ: cum suis conuenit: atq; ut si bono aĩo feciſſent laudauit consilium eorum: quod eum locum occupassent: & se id quoq; fieri debere animaduertisse. Sic adolescentulos simulata laudatione recuperauit: & adiunctis de suis comitibus locum tutũ reliquit. Nãq; illi aucto numero eoꝝ q expertes erãt cõsilii eõmouere se non sunt ausi: eoq; libentius ꝙ latere arbitrabantur quæ cogitarant. Sine dubio post leuctricam pugnam lacedæmonii se nũq̃ refecerunt: neq; pristinum ĩꝑium recuperarĩt. Cũ interim Agesilaus non destitit qbuscũq;

rebus posset pñiã iuuare. Nã cũ præcipue lacedæmonii indigerent pecunia: ille omnibus qui a rege defecerant præsidio fuit. A qbus magna donatus pecunia patriam sublevauit. Atq; in hoc illud in primis fuit admirabile cum maxima munera ei ab regibus & dynastis ciuitatibusq; conferrentur: nihil unq̃ in domum suã contulit: nihil de victu: nihil de vestitu laconũ mutauit: domo eadẽ fuit contentus qua Eristhenes progenitor maiorũ suorum fuerat usus. Quam qui intrarat nullum signũ libidinis: nullũ luxuriæ videre poterat. Cõtra ea pluriã patientiæ atq; abstinentiæ. Sic enim instructa ut nulla ĩ re differr& cuiusuis inopis atq; priuati. Atq; hic tãtus vir ut naturam fautricem habuerat in tribuẽdis animi virtutibus: sic maleficam nactus est in corpore exiguo: & claudus altero pede: quæ res etiã nonnullã afferebat deformitatem: atq; ignoti faciem eius cum ĩtuerentur conténebãt: qui autem virtutem nouerant nõ poterãt admirari satis. Quod ei usu venit cum annorũ octogĩta subsidio Thaco ĩ ægyptũ isſ&: & in acta cũ suis accubuisſ& sine ullo tecto: stratumq; haber& tale ut terra tecta esſ& stramentis: neq; huc amplius q̃ pellis esſ& iniecta: eodẽq; comites omnes accubuissent vestitu humili atq; obsoleto: ut eorũ ornatus non modo in his regẽ neminẽ significar& : sed hominis non beatissimi suspicionem præber&. Huius de aduentu fama cum ad regios esſ& perlata celeriter munera eo cuiusq; generis sunt allata. his quærentibus Agesilaum vix fides facta est unũ esse ex his qui tum accubabant. Qui cum regis verbis quæ attulerant dedissent: ille præter vitulina & huiusmodi genera obsonii quæ præsens tempus desideradat nihil accepit: unguenta coronas secundamq; mensam seruis dispertiit: cætera referri iussit. Quo facto eum barbari

magis etiam contempserunt: q; eum ignorantia bonaꝝ rerum illa potissimum sumpsisse arbitrabantur. Hic cū ex ægypto reuerteret donatus a rege Nathabide ducētis uiginti talentis quæ ille muneri populo suo dar&: ueīs/ setq; in portū qui Menelai uocatur iacens inter cyrenas & ægyptum in morbū implicitus decessit: ibi eū amici quo spartam facilius perferre possēt q; mel nō habebāt cæra circūfuderunt: atque ita domum rettulerunt.

EVMENIS VITA

EVMENES CARDIANVS: huius si uirtuti par data est& fortuna nō ille qdem maior sed multo illustrior atq; etiā honoratior: quod magnos hoīes uirtute metiunt non fortuna. Nam cum ætas eius īcidisset& in ea tempora quibus macedones florerent multum ei detraxit uiuēti quod alienæ erat ciuitatis . Neque aliud huic defuit q̄ generosa stirps: &si ille domestico summo genere erat: tamen macedones eum sibi aliquādo āteponi īdigne ferebant. Nāque tamen non patiebantur: uincebat enī omnis cura uigilantia patientia calliditate & celeritate ingenii. Hic peradolescentulus ad amicitiam accessit Philippi Amyntæ filii: breuiq; tēpore in ītimam q̄ueīt familia ritatem . Fulgebat enim iam in adolescentulo indoles uirtutis. Itaq; eū habuit ad manum scribæ loco: q; multo apud graios honorificētius ē q̄ apud romaōs. Nam apud nos re uera sicut sunt mercenarii scribæ exi/ stimantur. At apud illos contrario nemo ad id officiū admittitur nisi honesto loco & fide & īdustria cognita: quod necesse est omnium consiliorꝝ eum esse participē.

Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos ſeptem: illo ĩterfecto eodem gradu fuit apud Alexãdrũ annos tredecim. Nouiſſimo tempore præfuit etiã alteri equitum alæ: quæ etherice appellabatur. Vtriq; autem cõſilio ſemper affuit: & oĩum reꝝ habitus ẽ particeps. Alexandro babylone mortuo cum regna ſingulis familiaribus diſpartiretur: & ſumma reꝝ tradita eſſ & tuẽda eidem cui Alexander moriens anulum ſuum dederat Perdicæ: ex quo omnes coniecerant eum regnum ei cõmendaſſe quoad liberi eius in ſuam tutelã peruenirẽt. Aberant enĩ Cratherus & Antipater qui antecedere hũc uidebãt: mortuus erat epheſeio quẽ numerũ Alexãder quod facile intelligi poſſ & plurimi fecerat. Hoc tẽpore data eſt Eumeni cappadocia ſiue potius dicta. Nã tum in hoſtium erat poteſtate. Hũc ſibi Perdicas adiũxerat magno ſtudio quod in homine fidẽ & induſtriã magnã uidebat: non dubitans ſi eũ pellexiſſ & magno uſui fore ſibi in his rebus quas apparabat. Cogitabat enim quod fere omnes in magnis imperiis cõcupiſcunt omnium partis corripere atq; complecti. Neque uero hoc tẽpore ſolus fecit ſed cæteri quoq; oẽs qui Alexandri fuerant amici: primus Leonatus macedoniã præoccupare prædeſtĩauerat. Is multis magnis pollicitatiõibus pſuadere Eumeni ſtuduit: ut Perdicã deſereret: ac ſecum facer & ſocietatem. Cum perducere eum non poſſ & interficere conatus eſt: & feciſſ & niſi ille clã ex præſidiis eius effugiſſ &: interĩ cõflata ſunt illa bella quæ ad internicionẽ poſt Alexandri mortem geſta ſunt: omneſq; cõcurrerẽt ad Perdicam opprimendum: quẽ & ſi infirmũ uidebat q; unus omnibus reſiſtere cogebatur: tamẽ amicum nõ deſeruit: neque ſalutis q̃ fidei fuit cupidior. Præfecerat eum Perdicas ei parti aſiæ quæ inter taurum montem

iac& atque helleſpõtũ & illũ unũ oppoſuerat europæis aduerſariis. Ipſe ægyptũ oppugnatũ aduerſus Ptolemæũ erat ꝓfectus. Eumenes cũ neque magnas copias neq; firmas haberet q̃ inexercitatæ et non multo ante erãt cõtractæ: aduẽtare aũt diceret̃: helleſpõtũq; trãſiſſe Antypater et Craterus magno cum exercitu macedonũ uiri cum claritate: tum uſu belli præſtantes. Macedones uero milites ea tũc erãt fama qua nunc romani ferunt̃. Etenĩ ſẽper habiti ſunt fortiſſimi qui ſummam ĩperii potirent̃. Eumenes ĩtelligebat ſi copiæ ſuæ cognoſcerẽt aduerſus quos ducerent̃ nõ modo non ituras: ſed ſimul cũ nuncio dilapſuras. Itaq; hoc eius fuit prudẽtiſſimũ conſilium: ut denis itineribus milites ducer&: in q̃bus ueſtra audire non poſſent: & his perſuader& ſe contra quoſdam barbaros ꝓficiſci. Itaq; tenuit hoc propoſitũ: & prius in aciem exercitum eduxit prœliumq; cõmiſit q̃ milites ſui ſcirent cum quibus arma conferrent: effecit etiam illud locorum præoccupatiõe ut equitatu potius dimicar& quo plus ualebat q̃ peditatu quo erat deterior. Quorum accerrimo concurſu cum magnam partẽ diei eſſ& oppugnatum cadit Craterus dux & Neoptolemus qui ſecũdum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit̃ ipſe Eumenes. Qui cum inter ſe cõplexi in terram ex equis decidiſſent ut facile intelligi poſſ& inimica mẽte cõtendiſſe animoq; magis etiã pugnaſſe q̃ corpore: non prius diſtracti ſunt: q̃ alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes uulneratur: neque eo magis ex prœlio exceſſit: ſed acrius hoſtibus inſtitit: hic equitibus profligatis ĩterfecto duce Cratero multis præterea & maxime nobilibus captis: pedeſtris exercitusq; in ea loca erat deductus: ut inuito Eumene elabi non poſſ& : pacẽ ab eo petit. Quã cum ĩpetraſſ&

in fide non manſit:& ſe ſimulac potuit & Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie ſemiuiuum elatum recreare ſtuduit. Cum id non poſſ& pro hominis dignitate proque priſtina amicitia(Nanque illo uſus erat Alexander uiuo familiariter)āplo funere extulit:oſſaq; in macedoniam uxori eius ac liberis remiſit. Hæc dum apud helleſpontū geruntur Perdicas apud flumen nilū interficitur a Seleuco & Antigono:rerumq; ſumma ad Antipatrum defertur. Hic qui deſeruerūt exercitu ſuffragium ferēte capitis abſentes dānant'. in his Eumenes hac ille perculſus plaga non ſuccubuit:neque eo ſecius bellū adminiſtrauit:ſed exiles res animi magnitudiné &ſi non frāgebant tamen non minuebant. hūc pſequēs Antigonus cū omni genere copiarum abundar& ſæpe in itineribus uexabatur:neq; unq̄ ad manum accedere licebat niſi his locis qbus multis poſſēt pauci reſiſtere. Sed extrēo tēpore cū cōſilio capi nō poſſ& multitudīe circūuentus eſt:huic tamen multis ſuis amiſſis ſe expediuit:& ī caſtellū phrygiæ quod hora appellat' cōfugit: ī quo circunſederetur & uereretur ne uno loco manens equos militares perder&:q; ſpacium non eſſ& agitādi. callidum fuit eius inuentum quemadmodum ſtans iumentum calefieri exerceriq; poſſ& quo libētius & cibo uteret' & a corporis motu nō remoueret'. Subſtringebat caput loco altius q̄ ut prioribus pedibus plane terram poſſ& attīgere. deinde poſt uerberibus cogebat exultare & calces remittere:qui motus non minus ſudorē excutiebat q̄ ſi ī ſpacio decurrer&. quo factū ē quod oībus mirabile eſt uiſum ut æque iumenta nitida ex caſtello educer&:cum complures menſes in obſidione fuiſſ& quotienſcunque noluit & apparatum & munitiones Antigoni alias incendit alias diſiecit. Tenuit autem ſe

uno loco q̃ diu fuit hyems: quod caſtrum ſubſidia hr̃e non poterat: uer appropinquabat. Simulata deditione dũ de cõditionibus tractat præfectis Antigoni ĩpoſuit: ſeq; ac ſuos omnis extraxit ĩcolumes. Ad hũc Olympias mater quæ fuerat Alexãdri cum litteras & nuncios miſiſſ& in aſiã conſultum utrũ repetitam in macedoĩam uenir&(Nã tum in epiro habitabat)& eas res occupar&. Huic ille primum ſuaſit ne ſe mouer&: & expectar& quoad Alexandri filius regnũ adipiſceretur: ſin aliqua cupiditate raperetur ĩ macedoniam omnium iniuriaꝝ obliuiſceretur: & ĩ neminem acerbiore uteretur impio. horum nihil ea fecit. Nã & ĩ macedoniam profecta eſt: & ibi crudeliſſime ſe geſſit. Petit aũt ab Eumene abſẽte ne pateretur Philippi domus & familiæ inimiciſſimos interimere: ferretq; opem liberis Alexandri. Quã ueniã ſi dar& q̃primum exercitus parar& quos ſibi ſubſidio adducere. Id quo facilius facer& ſe omnibus præfectis qui in officio manebant miſiſſe litteras: ut ei parerent eiuſq; conſiliis uterẽtur. His uerbis Eumenẽs ꝓmotus ſatius duxit ſi ita tuliſſ& fortuna perire benemeritis referentẽ gratiã: q̃ ingratũ uiuere. Itaque copias cõtraxit: bellum aduerſus Antigonum cõparauit: quod una erãt macedoẽs complures nobiles. In his Peuceſtes fuit: qui corporis cuſtos fuerat Alexãdri: tum autem optinebat perſidẽ: & Antigonus cuius ſub imperio phalanx erat macedonum ĩuidiam uerẽs quam Tamon effugere nõ potuit ſi potius ipſe alienigenas ſummi ĩpii potiretur q̃ alii macedonũ quoꝝ ibi erat multitudo. In prĩcipiis nomine Alexãdri ſtatuit tabernaculum: in eoq; ſellam aeream cum ſceptro et diademate iuſſit poni: atq; oẽs quotidie conuenire: ut ibi de ſummis rebus conſilia caperent credens minore ſe inuidia fore ſi ſpecie imperii

nominiſq; ſimulatione Alexãdri bellum uideretur ad/
miniſtrare: quod & fecit. Nam cum non ad Eumenis
principia ſed ad regia conueniretur: atque ibi de rebus
deliberaretur quodammodo latebat: cum tamen ꝑ eũ.
unum gererentur oĩa. Hic impar ætatis cum Antigono
conflixit non acie inſtructa: ſed in itinere: eumq; male
acceptũ in mediã hiematum coegit redire. Ipſe ĩ finitĩa
regione perſidis hiematum copias diuiſit: nõ ut uoluit
ſed militum cogebat uoluntas. Nanq; illa phalanx Ale/
xandri magni quæ aſiam peragrarat deuiceratq; perſas
inueterata cum gloria: tum etiam licentia non parere
ſe ducibus ſed ĩpare poſtulabat: ut nũc ueterani faciũt.
Itaque periculum eſt ne faciant: quod illi fecerunt ſua
intemperantia nimiaq; licẽtia ut omnia perdant: neq;
minus eos cum quibus ſteterĩt q̃ aduerſus quos fecerĩt:
quod ſiquis illoꝝ ueteranorum legat facta: paria horũ
cognoſcat: neque rem ullam niſi tẽpus ĩtereſſe iudicet.
Sed ad illos reuertar: hiberna ſũpſerant non ad uſum
belli: ſed ad ipſoꝝ luxuriam: longeq; inter ſe diſſẽſerãt.
Hoc Antigonus cum cõperiſſ&: intelliger&q; ſe parem
nõ eſſe paratis aduerſariis: ſtatuit aliquid ſibi conſilii
noui eſſe capiendum. Duæ erant uiæ qua ex medis ubi
ille hiemabat ad aduerſariorum hibernacula poſſ&
peruenĩri. Quarum breuior per loca deſerta quæ nemo
incolebat propter aquæ inopiam cæterum dierum erat
fere decem. illa autem qua omnes commeabant altero
tanto longiorem habebat anfractum: ſed erat copioſa:
omniumq; rerum abũdans: hac ſi proficiſceretur intel/
ligebat prius aduerſarios reſcituros de ſuo aduentu: q̃
ille tertiam partem confeciſſ& itineris ſui per loca ſola
cõtender&: ſperabat ſe imprudentẽ hoſtem oppreſſuꝝ.
ad hanc rem conficiendam imperauit q̃plurimos uires

atq; etiã culleos comparari. Poſt hæc pabulũ: præterea cibaria coc̃ta dierum decem: utque quamminime fier& ignis ĩ caſtris. Iter quod habebat oés cælat. Sic paratus qua conſtituerat proficiſcitur: dimidium fere ſpacium cõfecerat. Cum ex fumo caſtrorum eius ſuſpicio allata eſt ad Eumenem hoſtem appropinquare: conueniunt duces: quæritur qd opus ſit facto: intelligebant omnes tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe q̃ Antigonus affuturus uidebatur. hic omnibus titubãtibus & de rebus ſummis deſperantibus Eumenes ait ſi celeritatem uelint adhibere & imperata facere quod ãte nõ fecerĩt ſe ré expeditu⁹. Nam quod diebus quiq; hoſtis tranſiſſe poſſ& ſe effecturum ut nõ minus totidẽ dieꝝ ſpacio retardaretur. Quare circumirẽt ſuaſq; quiſque copias contraheret. Ad Antigoni autẽ referendũ ĩpetũ tale capit conſilium. Certos mittit homines ad ĩfimos montes qui obuii eant itineri aduerſariorum. hiſque præcepit ut prima nocte q̃ latiſſime poſſint ignis faciãt q̃maximos: atque hos ſecunda uigilia minũant: tertia perexiguos reddant: & aſſimulata caſtroꝝ cõſuetudine ſuſpicionẽ ĩiiciãt hoſtibus his locis eſſe caſtra ac de eoꝝ aduẽtu eſſe prænunciatũ: Idemq; poſtera nocte faciãt. Quibus imperatum diligenter præceptum curant. Antigonus tenebris obortis ignis conſpicat̃. Credit de ſuo aduẽtu eſſe auditum & aduerſarios illuc ſuas cõtraxiſſe copias: mutat cõſiliũ & quoniã imprudentem adoriri non poſſ& flectit iter ſuum: & illum anfractum lõgioré copioſæ uiæ capit. Ibiq; diẽ unũ opp̃it̃ ad laſſitudinem ſedandam militũ ac reficienda iumẽta: quo integriore exercitu decerner&. Hic Eumenes callidum ĩperatorẽ uicit cõſilio: celeritatemque impediuit eius. Neq; tamẽ multum profecit. Nam inuidia ducum cum qbus erat

perfidiaque militum macedonum ueteranorum cum
ſuperior prœlio diſceſſiſſ& Antigono eſt deditus: cum
exercitus ei ter ante ſeparatis temporibus iuraſſ& ſe eũ
defẽſurꝫ nec unq̃ deſerturꝫ. Sed tanta fuit non nullorꝫ
uirtutis obtrectatio: ut fidem amittere mallent q̃ eum
nõ ꝓdere. Atq; hunc Antigonus cũ ei fuiſſ& ĩfeſtiſſiũs
conſeruaſſ& ſi per ſuos eſſ& licitum q; ab nullo ſe plus
adiuuari poſſe intelligebat in his rebus quas inpẽdere
iam apparebat omnibus. Imminebat enĩ Seleucus Ly-
ſimachus Ptolemæus opibus iam ualẽtes: cum quibus
ei de ſummis rebus erat dimicandũ. Sed non paſſi ſũt
hi qui circa erant: quod uidebant Eumene recepto oĩs
præ illo parui futuros. Ipſe autem Antigonus adeo erat
incenſus: ut niſi magna ſpe maximarum rerum leniri
nõ poſſ&. Itaq; cum eũ in cuſtodiã dediſſ& præfectus
cuſtodum quæſiſſ& quẽadmodum ſeruari uell&: ut
acerrimum ĩquit leonem aut ferociſſimum elephantũ.
nõ dum enim ſtatuerat conſeruare eũ nec ne. Veniebat
autem ad Eumenem utrũque genus hominum: & qui
ꝓpter odiũ fructũ oculis ex eius caſu capere uellẽt: & q;
propter ueterẽ amicitiam colloqui conſolariq; cupent.
Multi etiã qui eius formã cognoſcere ſtudebãt qualis
eſſ& quẽ tã diu tãque ualde timuiſſent: cuius ĩ ꝓnicie
poſitã ſpẽ habuiſſent uictoriæ. At Eumenes cũ diutius
in uĩculis eſſ& ait Onomarcho penes quem ſũma ĩperii
erat cuſtodiæ ſe mirari quare iã tertiũ diem ſic teneret.
Non enim hoc conuenire Antigoni prudentiæ: ut ſic
deu teretur uicto: cũ aut ĩterfici aut miſſũ fieri iuber&.
Hic cũ ferocius Onomarcho loqui uideretur: quid tu
inquit animo ſi iſto eras cur nõ prœlio cecidiſti: potius
quam in poteſtatem inimici uenires? Huic Eumenes
utinam quidẽ iſtud eueniſſ&: ſed eo nõ accidit q; nũq̃

cū fortiore ſum congreſſus. Nō enim cum quoq̄ arma contuli quin his mihi ſuccubuerit. Non enim uirtute hoſtium ſed amicorū perfidia decidi. Neq; id falſum. Nā & dignitate fuit honeſta & uiribus ad laborē ferēdū firmus: neque tā magno corpore q̄ figura uenuſta. De hoc Antigonus cum ſolus conſtituere non auder& ad conſilium rettulit. Hic cum omnes uel primo pturbati admirarentur non iam de eo ſumptum eſſe ſuppliciū: a quo tot ānos adeo eſſēt male habiti ut ſæpe ad deſperationē forēt adducti: quiq; maxīos duces īterfeciſſ&: denique in quo uno eſſ& tantum ut quoad ille uiuer& ipſi ſecuri eſſe non poſſent: interfecto nihil habituri negocii eſſent: poſtremo ſi illi redder& ſalutē quærebāt qbus amicis eſſ& uſurus. ſeſe enim cum Eumene apud eum non futuros. hic cognita conſilii uoluntate tamen uſq; ad ſeptimum diem deliberādi ſibi ſpacium reliqt. Tum autē cū uerereturnequa ſeditio exercitus oriretur uetuit ad eum quenq̄ admitti & quotidianum uictum amoueri iuſſit. Nam negabat ſe ei uim allaturum qui aliquando fuiſſ& amicus. Hic tamen non amplius q̄ triduum fame fatigatus cū caſtra mouerentur inſciēte Antigono iugulatus é a cuſtodibus. Sic Eumenes ānoꝝ quinq; & quadraginta cum ab āno uigeſimo ut ſupra ſeptem annos Philippo apparuiſſ& & tredecim apud Alexādrum eundem locum optinuiſſ& in his uni eqtū alæ præfuiſſ&: poſt autē Alexādri magni mortē īpator exercitus duxiſſ&: ſūmoſq; duces partī reppuliſſ& partī īterfeciſſ& captus nō Antigoni uirtute: ſed macedonū periurio talem habuit exitum uitæ. In quo q̄ta fuerit omnium opinio eorum qui poſt Alexandrum magnū reges ſūt appellati: ex hoc facillīe poteſt iudicari q̄ nemo Eumene uiuo rex appellatus eſt ſed præfectus. Iidē

post huius occasū statim regnum ornatum nomēque sūpserūt. neque quod initio prædicarunt se Alexandri liberis regnū seruare præstare uoluerūt: et uno ꝑpugnatore sublato quid sentirent aperuerunt. Huius sceleris principes fuerunt Antigonus: Ptolemæus: Seleucus: Lysimachus: Casāder. Antigonus aūt Eumenē mortuū ꝑpīquis eius sepeliēdum tradidit ei militari: honestoq; funere comitante toto exercitu humauerunt: ossaque eius in cappadociā ad matrē atq; uxorem liberosq; eius deportanda curarunt.

PHOCIONIS VITA

PHOCION ATHENIENSIS etsi sæpe exercitibus præfuit summosq; magistratus cepit: tamen multo eius notior ītegritas ē uitæ q̄ rei militaris labor. Itaq; huius memoria ē nulla: illius autem magna fama ex quo cognomine bonus est appellatus. Fuit enī perpetuo paup cum ditissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesq; sūmas quæ ei a populo dabant. Hic cū a rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiar&: legatiq; hortarētur accipere simulq; admonerēt si ipse his facile carer& liberis tamē suis ꝑspicer&: q̄bus difficile ess& in summa paupertate tantam paternam tueri gloriā. His ille si mei similes erunt: idem hic īqt agellus illos alet qui me ad hanc dignitatem perduxit: sin dissimiles sunt futuri nolo meis impensis illorū ali augeriq; luxuriā: eidē cum prope ad annū octogesimū ꝑspera peruenisset& fortuna extremis tēporibus magnū in odiū peruenit suorum ciuium. Primo cum Demade

de urbe tradenda Antipatro consenserat: eiusq; cōsilio Demosthenes tū cæteris qui bene de republica mereri existimabant plebiscito in exilium erant expulsi. Neq; in eo solum offenderat quod patriæ male consuluerat sed etiam quod amicitiæ fidem non præstiterat. Nāq; auctus adiutusque a Demosthene eum quem tenebat ascēderat gradū cū aduersus Charetem eū subornar& ab eodem in iudiciis cum capitis causā dicer& defessus aliquotiēs liberatus discesserat: hūc nō solum ī ꝑiculis non defendit sed etiam prodidit: concidit autē maxime uno crimine. Qui cum apud eum summum ess& īꝑiū populi & Nicanorē Casādri præfectum īsidiari piræeo athenienssium a Darcylo moneretur: eidēq; postular& ut prouideret ne commeatibus ciuitas priuaretur. hinc audiente populo Phocion negauit esse periculum: seq; eius rei obsidem fore pollicitus est: neq; ita multo post Nicanor piræeo est potitus: ad quem recuperandū cum populus armatus concurriss&: ille non modo neminē ad arma uocauit: sed ne armatus qdem præesse uoluit: sine quo athenæ omnino esse nō possunt. Erāt eo tp̄e athenis duæ factiōes: quaꝝ una populi causā agebat: altera optimatum: in hac erat Phocion: & Demetrius phalereus: haꝝ utraq; macedonū patrociniis nitebat. Nam populares Polypconti fauebant: optimates cum Casandro sentiebant. Interī a Polyperconte Casander macedonia pulsus ē: quo facto populus supior factus statim duces aduersariæ factionis capitis dānatos p̄ria propulit. In his Phociōem & Demetrium Phalereum: deq; ea re legatos ad Polypercontem misit: qui ab eo peterent ut sua decreta cōfirmar&. hoc eodem ꝑfectus est & Phocion: quo ut uenit causam apud Philippum regē uerbo re ipsa qdē apud Polypercontem iussus est

dicere. Nãque is tum regis rebus præerat. Hic cum ab Agnone accuſatus eſt q̃ piræeum Nicanori prodidiſſ& ex conſimili ſententia in cuſtodiam coniectus athenas deductus eſt: ut ibi de eo legibus fier& iudicium. Huc ubi peruentum eſt cum propter ætatem pedibus iam nõ ualer& uehiculoq; portaretur: magni cõcurſus ſunt facti: cum alii reminiſcentes ueteris famæ ætatis miſererẽtur: plurimi uero ira axacuerentur propter proditionis ſuſpicionem Pireæi: maximeque q̃ aduerſus populi cõmoda i ſenectute ſteterat. Qua de re ne ꝑorãdi q̃dẽ ei data ẽ facultas: & dicẽdi cauſam. Inde iudicio legitimis quibuſdam confectis damnatus traditus eſt undecimuiris: quibus ad ſupplicium more atheniẽſiũ publice dãnati tradi ſolẽt. Hic cũ admortem duceretur obuius ei fuit Emphiletus quo familiariter fuerat uſus. Is cum lachrymãs dixiſſ& o q̃ digna ꝑpeteris Phocion. Huic ille at non inopinata inquit hunc enim exitum plerique clari uiri habuerunt athenienſes. In hoc tãtũ fuit odium multitudinis ut nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaque a ſeruis ſepultus eſt.

TIMOLEONIS VITA

TIMOLEON CORINTHIVS ſine dubio magnus oĩum iudicio hic uir extitit. Nanq; huic uni cõtigit quod neſcio an ulli: ut patriam in qua erat natus oppreſſam a tyranno liberar&: & a Syracuſis qbus auxilio erat miſſus inueteratam ſeruitutem depeller&: totamq; ſiciliã multos annos bello uexatã a barbariſq; oppreſſam ſuo aduentu in priſtinum reſtituerit. Sed in his rebus non

ſimplici fortuna conflictatus eſt: & id quod difficilius putatur multo ſapientius tulit ſecundam q̄ aduerſam fortunam. Nam cum frater eius Timophanes dux a corinthiis delectus tyrānidem per milites mercenarios occupaſſ& particepſq; regni poſſ& eſſe: tantum abfuit a ſocietate ſceleris: ut antetulerit ſuoꝝ ciuiū libertatem frīs ſaluti & pr̄iæ legibus obtemperare: ſāctius duxerit q̄ imperare patriæ. Hac mēte per aruſpicem cōmunēq; affinem cui ſoror ex eiſdē parentibus nata nupta erat fratrem tyrānū interficiendum curauit. Ipſe nō modo manū attulit: ſed ne aſpicere q̄dē fraternum ſāguinem uoluit. Nā dum reſ cōficeretur procul in præſidio fuit: neqs ſatelles poſſ& ſuccurrere. hoc præclariſſimū eius facinus non pari modo probatū eſt ab oībus. nonnulli enim læſam ab eo pietatem putabant & inuidia laudē uirtutis obterebant. Mater uero poſt id factum neque domum ad ſe filium admiſit: neque aſpexit: quin eum fratricidam impiumque deteſtās compellar&. Quibus uerbis adeo ille eſt commotus: ut non nunq̄ uitæ finem facere uoluerit: atq; ex ingratorum hominū conſpectu morte decedere. Interī Dione ſyracuſis īterfecto: Dionyſius rurſus ſyracuſanoꝝ potitus eſt: cuius aduerſarii opem a corinthiis petiuerunt: ducemque quo in bello uterentur poſtulārt. Huc Timoleon miſſus incredibili felicitate Dionyſium tota ſicilia depulit: cū interficere poſſ& noluit: tutoque ut corynthum q̄uenir& effecit: quod utrorūq; Dionyſioꝝ opibus corīthii ſæpe adiuti fuerant: cuius benignitatis memoriam uolebat extare: eamq; præclaram uictoriam ducebat: ex qua plus eſſ& clæmentiæ q̄ crudelitatis. Poſtremo ut nō ſolū auribus acciperetur ſed etiā oculis cerneretur quem & ex quāto regno ad quā fortunā detruſiſſ& poſt Dionyſii deceſſū

cum Hecata bellauit:qui aduerſatus fuerat Dionyſio: quem non odio tyrannidis diſſenſiſſe ſed cupiditate indicio fuit q̄ ipſe ex pulſo Dionyſio īperiū dimittere noluit.Hoc ſupato Timoleon maximas copias carthaginenſium apud crimniſſum flumen fugauit :ac ſatis hīc coegit ſi licer& africam optinere: qui iam cōplures ānos poſſeſſionē ſiciliæ tenebant.Cepit etiā Mamercū italicum ducem hominem bellicoſum & potentem q̄ tyrannos adiutum in ſiciliam uenerat. Quibus rebus cōfectis cū propter diuturnitatē belli nō ſolū regiones ſed etiā urbes deſertas uideret:cōq̄ſiuit quos potuit: primū ſiculos:deīde corīntho accerſiuit colōos:q̄ ab his ītio ſyracuſæ erāt cōditæ.Ciuibus ueteribus ſua reſtitu it:nouis bello uacuefactas poſſeſſiones diuiſit. Vrbiū mœnia diſiecta phanaq; diſerta refecit.Ciuitatibus leges libertatemq; reddidit:et maximo bello tantū ociū toti inſulæ conciliauit ut hic conditor urbium earum: nō illi qui initio deduxerant uideretur.Arcē ſyracuſis quā muniuerat Dionyſius ad urbē obſidendā a fūdamentis diſiecit:cætera tyrannidis ppugnacula demolitus ē:deditq; opā ut q̄minīe multa ueſtigia ſeruitutis manerēt.Cum tantis eſſet opibus ut etiam inuitis īpare poſſet:tantum autem hēret amorem oīum ſiculorū:ut nullo recuſante regnū optineret:maluit ſe diligi q̄ metui. Itaq; cum primum potuit imperium depoſuit:et priuatus ſyracuſis quod reliquum uitæ fuit uixit.neq; uero id imperite fecit.Nam quod cæteri reges imperio potuerūt:hic beniuolentia tenuit. Nullus honos huic defuit:neq; poſtea ſyracuſis res ulla geſta eſt publica de qua prius ſit decretū:q̄ Timoleontis ſēntentia cognita. Nullius unq̄ cōſiliū nō modo antelatū:ſed ne cōpatū qdē ē.Neq; id magis beniuolentia factū eſt q̄ prudētia

Hic cũ ætate iam prouectus eſſet ſine ullo morbo luĩa oculoꝝ amiſit. Quam calamitatem ita moderate tulit: ut neq; eum querentem quiſq̃ audierit: neq; eo minus priuatis publicisq; rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum cum ibi cõcilium populi haberetur ꝓpter ualitudinẽ uectus iumentis iũctis: atq; ita de uehiculo quæ uidebantur dicebat: neque hoc illi quiſq̃ tribuebat ſuperbiæ. Nihil enim unq̃ neq; inſolens neq; glorioſũ ex ore eius exiit. Qui quidem cum ſuas laudes audir& prædicari nunq̃ aliud dixit q̃ ſe in ea re maximas diis gratias agere: atque habere: quod cum ſiciliam recreare conſtituiſſ&: tum ſe potiſſimum ducem eſſe uoluiſſẽt. Nihil enim rerum humanarum ſine deorum nomine agi putabat. Itaq; ſuæ domi ſacellum Automathias cõ/ ſtituerat: idque ſanctiſſime colebat. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles acceſſerunt caſus. Nã prœlia maxima natali die ſuo fecit omnia: quo factum eſt ut eiuſdem natalem feſtum haber& uniuerſa ſicilia. Huic quidã Lameſtius homo petulans & ingratus ua/ dimodiũ cum uell& imponere q; cum illo ſe lege agere dicer&: & complures concurriſſent: qui procacitatem hominis manibus coercere conarent: Timoleon orauit omnes ne id facerent. Nanque id ut Lameſtio cæteriſq; licer& ſe maximos labores ſummaque adiiſſe pericula Hanc enĩ ſpeciem libertatis eſſe ſi omnibus q; quiſque uell& legibus experiri licer&. Id cum quidã Lameſtii ſimilis nomine Demenetus ĩ cõcione populi rebus ge/ ſtis eius detrahere cœpiſſ&: ac nonnulla inuchereturin Timoleonta: dixit nunc demum ſe uoti eſſe cõpotem. Nanq; hæc a diis immortalibus ſemper precatum: ut talem libertatem reſtituer& ſyracuſanis: in qua cuiuis licer& de quo uell& ĩpune dicere. Hic cũ diẽ ſuppremũ

obiiſſ& publice a ſyracuſanis in gymnaſio quod Timo/
leonteum appellatur tota celebrante ſicilia ſepultus ẽ.
Hi fere fuerunt græciæ gẽtis duces qui memoria digni
uideãtur præter reges. Nanque eos attingere noluimus
quod omnium res geſtæ ſeparatim ſunt relatæ: neque
tamen hi admodum ſunt multi: lacedæmonius autem
Ageſilaus noĩe nõ poteſtate fuit rex ſicut cæteri ſparta/
ni. ex his uero qui doĩatũ impio tenueŕt excellẽtiſſimi
fueŕt ut nos iudicaũs perſa; Cyrus & Darius Hiſtaſpi
filius: quo; uterque priuatus uirtute regnũ ẽ adeptus.
Prior horum apud maſſagetas ĩ prœlio cecidit. Darius
ſenectute diem obiit ſupremum. Tres ſunt præterea
eiuſdem generis Xerxes & duo Artaxerxes Macrochir
quoq; & Mẽnon. Xerxi maxime ẽ illuſtre quod maxĩs
poſt hominum memoriã exercitibus terra mariq; bellũ
intulit græciæ: at Macrochir præcipuam hab& laudem
ãpliſſimæ pulcherrĩæq; corporis formæ quã incredibili
ornauit uirtute belli. Nãq; illo ꝑſarũ nemo fuit manu
fortior. Memnon autem iuſtitiæ fama floruit. Nã cum
matris ſuæ ſcelere amiſiſſ& uxorẽ tantũ ĩdulſit dolori:
ut eum pietas uincer&. Ex his duo eodem noĩe morbo
naturæ debitũ reddideŕt: tertius ab Artabano præfecto
ferro ĩterfectus eſt. Ex macedonum autẽm genere duo
multo cæteros ãteceſſerũt rex geſtarũ gloria Philippus
Amyntæ filius & Alexãder magnus: ho; alter babylone
morbo conſumptus eſt. Philippus ægis a Pauſania cũ
ſpectatum ludos ir& iuxta theatrum occiſus eſt. Vnus
epirotes Pyrrhus qui cum populo. ro. bellauit: Is cum
argos oppidum oppugnaret ĩ pelopõneſo lapide ictus
interiit. Vnus itẽſiculus Dionyſius prior. Nã & manu
fortis & belli peritus fuit: & id quod in tyrãno nõ facile
reperiť minime libidinoſus: nõ luxurioſus: nõ auarus:

nullius rei denique cupidus niſi ſingularis perpetuiq; imperii: ob eamque rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire nullius pepercit uitæ: quem eius inſidiatorem putaret. Hic cũ uirtute tyrannidẽ ſibi peperiſſ& magna retinuit felicitate : maiorque annos ſexaginta natus deceſſit florente regno . Neque in tam multis annis cuiuſquam ex ſua ſtirpe funus uidit: cũ ex tribus uxoribus liberos procreaſſ&: multiq; ei nati eſſent nepotes. fuerunt præterea multi reges ex amicis Alexãdri magni qui poſt obitũ eius imperia ceperunt. In his Antigonus & huius filius Demetrius Lyſimachus Seleucus Ptolemæus. Ex his Antigonus cũ aduerſus Seleucũ Lyſimachũq; dimicar& in prœlio occiſus ẽ. Pari leto affectus eſt Lyſimachus a Seleuco. Nã ſocietate diſſoluta bellũ ĩter ſe geſſerunt. At Demetrius cũ filiam ſuam Seleuco in matrimoniũ dediſſ&: neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuiſſ& captus bello ĩ cuſtodia ſocer generi periit morbo. Neque ita multo poſt Seleucus a Ptolemæo Cerauno dolo interfectus eſt: quẽ ille a pr̃e expulſum alexandria alienarum opum indigentem receperat. Ipſe autem Ptolemæus cum uiuus filio regnũ tradidiſſ& ab illo eodem uita priuatus dicit̃. De qbus quoniã ſatis dictũ putamus : nõ ĩ cõmodũ uidet̃ non præterire Hamilcarẽ & Hãnibalẽ: quos & aĩ magnitudine & calliditate omnes ĩ africa natos præſtitiſſe conſtat.

HAMILCARIS VITA

HAMILCAR HANNIBALIS filius cognomine barchos carthaginenſis primo punico bello ſed temporibus extremis admodum adoleſcentulus ĩ ſicilia præeſſe cœpit exercitui. Cũ ãte eius aduentum & mari & terra male

res gererentur carthaginenſium : ipſe ubi affuit nunq̃
hoſti ceſſit:neq; locū nocendi dedit:ſæpeq; e contrario
occaſione data laceſſiuit: ſẽperque ſuperior diſceſſit.
Quo facto cum pene omnia ī ſicilia pœni amiſiſſent:
ille erycem ſic defendit:ut bellum eo loco geſtum non
uideretur. Interim Carthaginenſes claſſe apud inſulas
ægatis. A. C. Luctatio conſule romanorum ſuperati ſta-
tuerunt belli finem facere:eamq; rem arbitrio ꝑmiſerẽt
Hamilcaris. Ille etſi flagrabat bellandi cupiditate:tamẽ
paci ſeruiẽdū putauit:q; patriam exhauſtam ſūptibus
diutius calamitatem belli ferre non poſſe intelligebat.
Sed ita ut ſtatim mente agitar& ſi paulum modo res
eſſent refectæ bellū renouare romanoſq; armis ꝑſequi
donec aut certe uiciſſét aut uicti manum dediſſét. Hoc
conſilio pacem conciliauit:in qua tanta fuit ferocia:ut
cum Catulus negar& bellum compoſiturum niſi ille
cū ſuis q Erycé tenuerūt armis relictis ſicilia decederẽt
ſuccūbẽte patria ipſe periturum ſe potius dixerit q̃ cū
tãto flagitiō domū redir&. Non enim ſuæ eſſ& uirtutis
arma a pr̃ia accepta aduerſus hoſtis aduerſariis tradere:
huius pertinaciæ ceſſit Catulus .at ille ut carthaginem
uenit multo aliter ac ſperabat rempublicam ſe hẽntem
cognouit. Nanque diuturnitatem externi mali tantum
exarxit inteſtinum bellum : ut nunq̃ pari periculo
fuerit Carthago niſi cum deſerta eſt .Primo mercena-
rii milites qui aduerſus romanos fuerant deſciuerunt :
quoꝝ numerus erat uigīti milium. hi totam abalienaŕt
Africam ipſam:Carthaginem oppugnarunt . Quibus
malis adeo ſũt pœni ꝑteriti :ut auxilia etiã a romanis
petiuerint: eaq; ĩpetrarint. Sed extremo cum prope iã
ad deſperatiõem peruenisſent:Hamilcarem impatorẽ
feceŕt. Is non ſolũ hoſtis a muris carthaginis remouit

cum amplius centum milia facta essēt armatorum: sed etiam eo compulit: ut locorum anguſtiis clauſi plures fame q̄ ferro interirent: omnia oppida alienata. In his uticam atque hipponem ualentiſſima totius africæ reſtituit patriæ: neq; eo fuit contentus ſed etiam finis imperii progauit: tota africa tātum ocium reddidit: ut nullum in ea bellū uideretur multis annis fuiſſe. Rebus his ex ſentētia peractis fidēti aīo atq; infeſto romanis quo facilius cauſa bellādi reperir& effecit: ut impator cum exercitu in hiſpaniam mitteretur: eoq; ſecū duxit filium Hannibalem annorum nouem. Erat præterea cum eo adoleſcens illuſtris formoſus Haſdrubal: quē nonnulli diligi turpius q̄ par erat ab Amilcare loque/bantur. Non enim maledici tanto uiro deeſſe poterāt. Quo factum eſt ut a præfecto morum Haſdrubal cum eo uetaretur eſſe: huic ille filiam ſuam in matrimoniū dedit: quod moribus eor̄ non poterat interdici ſocero gener. De hoc ideo mentiōem fecimus quod Amilcare occiſo ille exercitui præfuit: reſq; magnas geſſit: & prī/ceps largitione uetuſtos peruertit mores carthaginēſiū: eiuſdemque poſt mortem. nam Hannibal ab exercitu accepit imperium. At Amilcar poſtea q̄ mare tranſiit in hiſpaniam: q; ueīt magnas res ſecūda geſſit fortuna: maxiās bellicoſiſſimaſq; gētes ſubegit. Eqs armis uiris pecunia totam locupletauit africam. Hic cū ī italiam bellū inferre meditaretur nono anno poſtq̄ ī hiſpaniā uenerat in prœlio pugnans aduerſus uectones occiſus eſt. huius perpetuū odiū erga romanos maxime cōci/taſſe uidet' ſecundum bellū punicum. Nanq; Hānibal filius eius aſſiduis patris obteſtationibus eo ē ꝓductus: ut interire q̄ romanos non experiri mallet.

HANNIBALIS VITA.

HANNIBAL AMILCARIS FILIVS carthaginenſis ſi uer⁊ eſt quod nemo dubitat ut populus romanus omnes gentes uirtute ſuperarit non eſt infi/ciandū Hannibalem tanto præſtitiſſe cæteros imperatores prudentia: q̄to populus romanus ātecedat fortitudine cūctas natioēs. Nam quotienſcunque cum eo congreſſus eſt in italia ſēper diſceſſit ſuperior. Quod niſi domi ciuium ſuo⁊ iuidia debilitatus eſſ& romanos uidet̄ ſupare potuiſſe: ſed multorū obtrectatio deuicit unius uirtutem. Hic autem uelut hæreditate relictū odium paternum erga romanos ſic confirmauit: ut prius animam q̄ id depo/ſuerit. Qui quidem cum patria pulſus eſſ& & alienā⁊ opum indiger&: nunq̄ deſtiterit: animo bellare cum romanis. Nam ut omittam Philippū: quē abſens hoſtē reddidit romanis omnium his tēporibus potētiſſimus rex Antiochus fuit. hūc tāta cupiditate incēdit bellādi: ut uſque a rubro mari arma conatus ſit inferre italiæ: ad quē cū legati ueniſſent romani qui de eius uolūtate explorarent: darētque operā conſiliis clādeſtinis ut Hā/nibalem in ſuſpicionem regi adducerēt: tanq̄ ab ipſis corruptū alia atq; antea ſentire: neq; id fruſtra feciſſēt: idq; Hannibal comperiſſ& ſeq; ab interioribus cōſiliis ſegregari uidiſſ&: tempore dato adiit regem: eique cū multa de fide ſua & odio in romanos commemoraſſ&: hoc adiunxit pater inqt meus Amilcar puerulo utpote nō amplius nouem annos nato in hiſpaniam impator proficiſcens carthagine Ioui optimo naximo hoſtias immolauit: que diurna res dum cōficiebatur: quæſiuit

a me uellem ne ſecum ī caſtra proficiſci. id cum lībēter accepiſſem: atque ab eo petere cœpiſſem ne dubitar& ducere: tū ille faciā īquit ſi fidem mihi quam poſtulo dederis: ſimul me ad arā adduxit: apud quā ſacrificare īſtituerat: eamque cæteris remotis tenentē iurare iuſſit nunq̄ me in amicitia cū romanis fore. Id ego iuſiurā/dum patri datum uſque ad hanc diem ita conſeruaui: ut nemini dubiū eſſe debeat qn reliquo tēpore eadem mente ſī futurus. Quare ſiqd amice de romanis cogita/bis nō imprudenter feceris ſi me cælaris: cum quidem bellum parabis te ipſum fruſtraberis ſi non me in eo principē poſueris. Hac igitur ætate cum prē ī hiſpaniā profectus eſt: cuius poſt obitum Haſdrubale īperatore ſuffecto equitatui omni præfuit. hoc quoq; interfecto exercitus ſummam imperii ad eum detulit. id cartha/ginem delatum publice cōprobatum eſt. Sic Hānibal minor quīque & uiginti annis natus imperator factus proximo triennio ommes gētes hiſpaniæ bello ſubegit. Sagūtū fœderatā ciuitatē ui expugnauit: trēs exercitus maximos comparauit. Ex his unum in africam miſit: Alterum cum Haſdrubale fratre in hiſpania reliquit: Tertiū ī italiā ſecum duxit. Saltum pyreneum trāſiit: quacunque iter fecit cum omnibus incolis conflixit: ne/minē niſi uictum dimiſit. Ad alpes poſtea q̄ uenit quæ italiā ab gallia ſeiungunt quas nemo unq̄ cū exercitu ante eum præter Herculem graiū tranſierat. quo facto is hodie ſaltus graius appellatur. Alpicos conātes phi/bere tranſitum concidit: loca patefecit: itinera muniit: effecitque: ut ea elephantus oneratus ire poſſ&: qua ātea unus homo inermis uix poterat repere: hac copias traduxit in italiāq; peruenit. Cōflixerat apud rhodanū cum. P. Cornelio Scipione cōſule: eumque pepulerat.

Cum hoc eodē claſtidio apud padum decernit: ſauciū inde ac fugatū dimittit. Tertio idem Scipio cū collega Tiberio longo apud trebiam aduerſus eum uenit: cum his manum conſeruit: utroſque profligauit: inde per ligures apeninum tranſiit petens hetruriā: hoc itinere adeo graui morbo afficitur oculorum: ut poſtea nunq̄ dextro æque bene uſus ſit. Qua ualitudine cum etiam tum premeretur lecticaq; ferretur. C. Flaminium cōſulē apud traſimenum cum exercitu inſidiis circunuentū occidit. Neq; multo poſt. C. Centenium prætorem: cū delecta manu ſaltus occupantē: hīc in apuliam pueīt. Ibi obuiam ei uenerunt duo conſules. C. Terentius & .L. Aemilius utriuſque exercitus uno prœlio fugauit. Paulum cōſulem occidit: & aliquot præterea cōſulares In his. P. Seruilium Geminium: qui anno ſuperiore fuerat conſul: hac pugna pugnata romam profectus ē nullo reſiſtente: in propinquis urbis mōtibus moratus eſt. Cum aliquot ibi dies caſtra habuiſſ& & reuerteretur capuam Quītus Fabius maximus dictator ro. in agro falerno ei ſe obiecit. hic clauſis locorum āguſtiis noctu ſine ullo detrimento exercitus ſe expediuit. Fabio callidiſſimo imperatori dedit uerba. nanque adducta nocte ſarmenta in cornibus iumentorum deligata incendit eiuſque generis multitudinem magnam diſpalatam immiſit. Quo repentino obiectu uiſo tantum terorē iniecit exercitui romanoꝝ: ut egredi extra uallū nemo ſit auſus. Hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus .M. Minutium Rufum magiſtrum equitum pari ac dictatorē imperio dolo perductum in prœliū fugauit. .T. Sempronium Gracchū iterum conſulem ī lucanis abſens in inſidias inductum ſubſtulit. M. Claudium Marcellū quinquies conſulē apud uenuſiā pari modo

interfecit:longū eſt enumerare prœlia. Quare hoc unū ſatis erit dictum:ex quo intelligi poſſ& q̄tus ille fuerit: q̄ diu in italia fuit:nemo ei ī acie reſtitit:nemo aduerſus eū poſt canē ſem pugnam in campo caſtra poſuit. Hic inuictus patriam defenſum reuocatus bellū geſſit aduerſus. P. Scipionem filium:quem ipſe primū apud rhodanum: iterum apud padum: tertio apud trebiam fugauerat. Cum hoc exhauſtis iam patriæ facultatibus cupiuit īpræſētiarū bellum componere: quo ualētior poſtea congrederetur. In colloquium cōuenit:cōditiōes non conuenerunt: poſt id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem cōflixit. pulſus incredibile dictu bibuo & duabus noctibus adrumentum peruenit:qui abeſt a Zama circiter milia paſſus trecēta. In hac fuga numidæ qui ſimul cum eo ex acie exceſſerant īſidiati ſunt ei:quos nō ſolū effugit ſed etiam ipſos oppreſſit. Adrumenti reliquos ex fuga collegit. Nouis delectibus paucis diebus multos contraxit. cū in apparando acerrime eſſ& occupatus:carthaginenſes bellū cū romanis cōpoſuerunt. Ille nihilo ſecius exercitui poſtea præfuit: reſq; in africa geſſit. Itemq; Mago frater eius uſq; ad .P. Sulpitiū .C. Aureliū cōſules: his enim magīratibus legati carthagīnēſes romā uenerūt:qui ſenatui populoq; romano gratias agerent quod cum his pacem feciſſēt: ob eamque rem corona aurea eos donarent :ſimulque peterent:ut obſides eorum fregellis eſſent:captiuique redderentur. His ex ſenatuſconſulto reſponſum eſt munus eor& gratum acceptumq; eſſe:obſides quo loco rogarent futuros:captiuos nō remiſſuros:q; Hānibalē cuius opera ſuſceptū bellum for& inimiciſſimū noīni romano & nunc cum imperio apud exercitum hērent. Itēq; fratrē eius Magonē. Hoc reſpōſo Carthaginēſes

cognito Hannibalem domum Magonēq; reuocarunt. Hic ut rediit prætor factus est: postq̄ rex fuerit anno secūdo & uigesimo. Vt enī romæ cōsules: sic carthagīe quot annis annui bini reges creabantur. In eo magr̄atu pari diligentia se Hannibal præbuit ac fuerat in bello. Nanque effecit ex nouis uectigalibus nō solum ut esſ& pecunia quæ romanis ex fœdere penderetur: sed etiam supereſſ& quæ in ærario poneretur. Deinde anno post præturam Marco Claudio Lucio Furio consulibus: roma legati carthaginem uenerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratia missos ratus priusq̄ his senatus daretur nauem cōscēdit: clamatq;: in syriā ad Antiochū profugit. hac re palam facta pœni naues duas quæ eū comprehenderent si possent consequi miserunt: bona eius publicarunt: domum a fundamentis disiecerunt: ipsū exulē iudicarunt. At Hannibal anno tertio postq̄ domo ꝓfugerat. L. Cornelio Quīto Minutio cōsulibus cū quinq; nauibus africam accessit ī finibus cyreneoꝝ: si forte carthaginenses ad bellū Antiochi spe fiduciaq; īducere possſ& : cui iam persuaserat: ut cum exercitibus in italiam proficiscereturHuc Magonē fratrē exciuit. Id ubi pœni resciuerūt Magoēm eadē: quā fratrē pœna affecerunt. Illis desperatis rebus cū soluissent naues ac uela uentis dedissent: Hānibal ad Antiochum ꝓuenit. De Magonis interitu duplex meōria prodita est. Nāq; alii naufragio: alii a seruis ipsius īterfectum eū scriptū reliquerūt. Antiochus autem si tā in agēdo bello parere uoluiſſ& cōsiliis eius q̄ ī suscipiendo instituerat ꝓpius tyberi q̄ thermopylis de summa imperii dimicaſſ&. Quem etsi multa stulta conari uidebat: tamen nulla deseruit in re: præfuit paucis nauibus quas ex syria iussus erat in asiā ducere. hisque aduersus rhodiorū classē

in pamphilio mari conflixit. Quo cum multitudine aduerſariorum ſui ſuperarentur: ipſe quo rẽ geſſit fuit ſuperior. Antiocho fugato uerens ne dederetur quod ſine dubio accidiſſ& ſi ſui feciſſ& poteſtatem cretam ad corthynios uenit: ut ubi quo ſe cõferr& cõſiderar&. Vidit autem uir omnium callidiſſimus magno ſe fore periculo niſi quid præuidiſſ& propter auaritiam cretenſium. magnam enim ſecũ pecuniã portabat: de qua ſciebat exiſſe famã. Itaq; capit tale conſilium: ãphoras cõplures complet plumbo: ſũmas operit auro & argẽto. has corthyniis præſentibus deponit in templo dyanæ ſimulans ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem ductis ſtatuas æneas quas ſecũ portabat omẽs ſua pecunia complet: eaſq; in propatulo domi abiicit. Corthynii tẽplum magna cura cuſtodiunt non tam a cæteris q̃ ab Hannibale: ne ille inſcientibus illis toller& ſecumq; portar&. Sic cõſeruatis ſuis rebus pœnus illuſis cretenſibus omnibus ad pruſiam in pontum ꝓueĩt: apud quem eodem anno fuit erga italiam: neq; aliud quicq̃ egit q̃ regẽ armarit & excitarit aduerſus romanos. Quem cũ uider& domeſticis rebus minus eſſe robuſtũ: cõciliabat cæteros reges: adiũgebatq; bellicoſas natiões. Diſſidebat ab eo pergamenus rex Eumenes romanis amiciſſimus: bellumq; inter eos gerebatur & mari terra. Quo magis cupiebat eum Hãnibal opprimi: ſed utrobiq; Eumenes plus ualebat propter romanor̃ ſocietatẽ. Quẽ ſi remouiſſ& faciliora ſibi cætera fore arbitrabat. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Claſſe paucis diebus erant decertaturi. Superabatur nauium multitudine: dolo erat pugnandum: cum par non eſſ& armis: imperauit q̃plurimas uenenatas ſerpẽtes uiuas colligi: eaſq; in uaſa fictilia coniici. Har̃ cũ confeciſſ&

magnā multitudinē die ipſo quo facturus erat nauale prœlium claſſiarios conuocat: hiſque præcepit omnes ut in unam Eumenis regis concurrant nauem: a cæteris tantū ſatis habeant ſe defendere. Id facile illos ſerpētū multitudine conſecuturos. Rex autem qua naue uehe/retur: ut ſcirent ſe facturū: quem ſi aut cepiſſent: aut interfeciſſent magno his pollicetur premio fore. Tali cohortatione militum facta claſſis ab utriſq; in prœliū deducitur. Quaꝝ acie conſtituta priuſq̄ ſignū pugnæ daret Hannibal: ut palā facer& ſuis quo loco Eumenes eſſ& : tabellarium in ſcapha cum caduceo mittit. Qui ubi ad naues aduerſarioꝝ peruenit: epiſtolam oſtēdens ſe regē pfeſſus eſt quærere. Statī ad Eumenē deductus eſt quod nemo dubitabat aliquid de pace eſſe ſcriptū. Tabellarius ducis naue declarata ſuis eodem ūde ierat ſe recepit. At Eumenes ſoluta epiſtola nihil in ea reppe/rit niſi quod ad irridendum eum pertiner&. Cuius &ſi cauſam mirabatur: neq; reperiebatur: tamen prœlium ſtatim committere dubitauit. hoꝝ in concurſu bithynii Hannibalis præcepto uniuerſi nauē Eumenis adoriūt: quorum uim cum rex ſuſtinere non poſſ& fuga ſalutē petiit: quā cōſecutus nō eſſ& niſi intra ſua præſidia ſe recepiſſ& quæ in proximo littore erant cōllocata. Reli/quæ pgamenæ naues cū aduerſarios premerēt acrius repente in eas uaſa fictilia de quibus ſupra mentionē fecimus coniici cœpta ſunt. Que iacta initio riſum pu/gnātibus excitaſt. Neq; quare id fier& poterat ītelligi. Poſtq̄ autem naues completas cōſpexerunt ſerpētibus noua re perteriti cū quid potiſſimū uitarēt nō uiderēt: puppes auerterūt: ſeque ad ſua caſtra nautica rettuleſt. Sic Hannibal cōſilio arma pergamenorum ſuperauit: neq; tum ſolum ſed ſæpe alias pedeſtribus copiis pari

prudentia pepulit aduerſarios. quæ dum in aſia gerũt:
accidit caſu ut legati pruſiæ romæ apud. L. Quintum
Flaminium conſularem cœnarent. Atque ibi de Hãni-
bale mentione facta ex his unus dicer& eum in pruſiæ
regno eſſe: id poſtero die Flaminius ſenatui detulit. Pres
conſcripti qui Hannibale uiuo nunq̃ ſe ſine inſidiis
futuros exiſtimabant legatos in bithyniam miſerunt.
In his Flaminiũ: qui a rege peterent ne inimiciſſimũ
ſuũ ſecũ haber& ſibiq; deder&. his pruſia negare auſus
non eſt: Illud recuſauit ne id a ſe fieri poſtularẽt q̃ ad-
uerſus ius hoſpitii eſſ&: ipſi ſi poſſent cõprehenderẽt:
locum ubi eſſ& facile inuenturos. Hãnibal enim uno
loco ſe tenebat in caſtello q̃ ab rege datum erat muneri.
Idq; ſic ædificarat: ut in omĩbus partibus ædificii exitus
haber&: ſemper uerens ne uſu euenir& quod accidit.
Huc cum legati romanorum ueniſſent: ac multitudine
domum eius circundediſſent puer ab ianua proſpiciẽs
Hannibali dixit plures præter cõſuetudinem armatos
apparere. Qui imperauit ei: ut omnes fores ædificii
circũir& : ac propere ſibi renunciar&: num eodẽ modo
undiq; obſideretur. Puer cum celeriter quid eſſ& renũ-
ciaſſ&: omneſq; exitus occupatos oſtendiſſ&: ſenſit id
non fortuito factum ſed ſe peti neq; ſibi diutius uitã
eſſe retinendam: quam ne alieno arbitrio dimitter&
memor priſtinarum uirtutum uenenum quod ſemper
ſecum habere conſueuerat ſumpſit. Sic uir fortiſſimus
multis uariiſque perfunctus laboribus anno acquieuit
ſeptuageſimo. Quibus cõſulibus ĩterierit non cõuenit.
Nanque atticus. M. Claudio Marcello & Quinto Fabio
Labeone conſulibus mortuum in annali ſuo ſcriptum
reliqt. At Polybuis Aemilio Paulo &. C. Bebio Pãphilo:
Sulpitius autem. P. Cornelio Cethego & Bebio Pãphilo

Atq; tantus uir tantiſq; bellis diſtrictus non nihil tp̃ris tribuit litteris. Nanque aliquot eius libri ſunt græco ſermone cõfecti. In his ad rhodios de. C. Manlii Valoīs in aſia rebus geſtis. Huius bella geſta multi memoriæ prodiderunt. Sed ex his duo: q̃ cum eo in caſtris fuer̃t: ſimulque uixerunt q̃ diu fortuna paſſa eſt. Philenius & Soſilus lacedæmonius: atque hoc Soſilo Hannibal litterarum græcarum uſus eſt doctore. Sed nos tempus eſt huius libri facere finem: & romanorum explicare imperatores: quo facilius collatis utrorumq; factis qui uiri præferendi ſint poſſit iudicari.

PROBI AEMILII DE VIRORVM EXCELLENTIVM VITA PER. M. NICOLAVM IENSON VENETIIS OPVS FOELICITER IMPRESSVM EST ANNO A CHRISTI INCARNATIONE. M.CCCC.LXXI. VIII.IDVS MARTIAS.

BIBLIOTECA STATALE

5820

4°

INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Núm. 5820
Armari Jue. 12
Prestatge

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001959100